

## De tonsillarum collumellæq; inflammationibus.



Onfilla alias glandula ob quandã glandis similitudinem, a tole qui authore festo est faucium tumor, dicta sunt, fiuntq; circa columellam ex utraq; parte infra fauces & Græce  $\alpha\mu\gamma\delta\alpha\lambda\alpha$  & arabice amygdala uocantur.  $\alpha\iota\omicron\upsilon\varsigma$  uero siue gurgulio, uel columella (quanquam gurgulio proprie pars sit gutturis a naris ad pulmonem constans ex cartilagine et carne per quam spiritus meat ac remeat) accipitur tamen pro columella caruncula, quæ dum summa existit, gurgulio dicitur, dum uero columnæ instar propendit, columna uel columella, hæc dum superius angusta est & inferius rotunda, ob uuæ similitudinem uua et uuula dicitur dum uero gracilescit, uel ab influxu humido laxior euadit, tanquam loro similis pendens, lororum dicitur.

Loci consentientes de tonsillis & gurgulione.

Gal. aphor. 3. comm. 26. Tonsillæ sunt locorum ad isthmum attinentium inflammationes. B. intellige per isthmum partem illam quæ os & gulam interiacet dicta per methaphoram. Aet. ser. 8. cap. 40. gurgulionem quidam collumellam appellant, uua uero nomine accipienda est quædam in eo affectio, quum uua acino simile summum gurgulionis apparet, lororum uero aliam affectionem uocant, quum ex suffitu, nimium igni

tus

tus gracilescit & loro similis propendet & c.

Gale. 6. de compos. med. per loc. cap. 3. Columella carnosia quædam est particula in summo ore dependens, quæ duobus nominibus appellatur, a ueteribus græcis gargarion & cion. i. gurgulio et columna quanquã non cion. sed cionidem posterores medici. i. columellam uocarint, nec dicenda uua est quæ sit hæc gurgulionis affectio & c. Gale. aphor. 3. comm. 26. Tonille sunt non nunquam solius tunice uentri ac gule & faucibus toti; ori communes inflammationes, nonnunquam uero & subiectorum ipsi musculorum & c.

#### De causis tonsillarum & gurgulionis.

Omnis inflammationis causa procatartica est uel nimia meri potio, multa; ciborum maxime acrium deuoratio, causa uero antecedens est humorum influxus, uel humores liquidi, quibus lingua larinx; et aspera arteria humescere solent, ad malignum redacti, uel uapores ipsi a febrili calore concitati ac elati, cause coniuncte sunt humores ad actum inflammationem reducentes & c.

#### Loci consentientes de causis tonsillarum.

Gale. 6. de compos. med. per loc. cap. 3. Fiunt hæc quemadmodum dictum est de alijs inflammationibus ex humorum influxu & c. Aet. ser. 8. cap. 45. Tonsillarum inflammationes plerumque fiunt a nimia meri potione et a multa ac auidiore ciborum deuoratione maxime acrium & asperorum fiant; ijs maxime qui plurimo abundat sanguine uel pueris qui texturem habent teneram. Auic. nona tertij, cap. 12. Illis quandoq; accidit catarrhus apostemans eas (nam de columella loquitur) ita ut prohibeat anhelitum & quandoq; molificatur uua præter apostema & indiget eo quod adstringit & c. B. scias q. arabes quatuor uuae morbos enumerat et sunt apostema, ulcus, corrosio, & casus, apostema fieri potest, a quacunq; ma

teria *ulcus*, tantum a materia ulcerante, corrosio a multa & acri materia, casus a sanguine uel a pituita gurgulionem remolliente. De columelle indicijis.

Cognoscitur facile per uisum si lingua deprimatur, uel si aeger in radice linguae aliquid insistere sentiat difficultas praeter haec deglutiendi adest, item dolor & interdum febris, cognoscuntur humores ex eorum coloribus, apostemata uero ulcera & corrosiones per se ex uisu manifestantur &c.

Loci consentientes de columellae indicijis.

Gale. 6. de compos. med. per loc. cap. 3. Cognoscitur hoc si quis aperto plurimum ore toto linguam deprimat &c.

Aet. ser. 8. cap. 45. In tonsillarum inflammatione accidit difficultas transglutiendi, dolor et aliquando etiam febris &c. Vide in hoc Auice. qui tantam deglutiendi difficultatem interdum esse inquit, ut aeger digitis suis eam comprimere cogatur, donec transglutiat & hoc praesertim fit quum tonsillae & columella plus iusto humiditatis recipiunt uel laxantur uel inflammationem experiuntur.

De cura tonsillarum & gurgulionis.

Si ex inflammatione periculum imminet, primo euacuandum per sectionem uenae cubiti, deinde reuellendum ac deriuandum cum cucurbitulis collo ac mento affixis & cum gargarismis, primo leuiter adstringentibus postea ex decocto fursur, passularum paratis quod si ad suppurationem uertantur tonsillae, tunc fiant gargarismi ex decocto caricarum & aqua mulsa, si uero augetur morbus uenae sub lingua seccentur, aliusque subducatur, postquam pharmacis acerbis multum discussorijs utendum est, si uero quispiam sectionem gurgulionis moliatur, reuera praestantius est cauterio gurgulionem resecare quam ferro, si quidem nullo potiore remedio tota humilitas ad illam extremitatem defluxa exiccabitur quam caute

riō, uisionem siue incisionem faciendam denotant uulue attenuatio & si ab extremitate eius resudet ueluti pus & liuiditas eius partis appareat & c.

Loci consentiētes de cura tonsillarum & gurgulionis.

Gale. 6. de compos. med. per loc. cap. 3. Comunitur tum tonsillis tum columella inflammatis aut exulceratis in principio conuenit quies inedia & consequens dieta gargarismi simplicis leuiter adstringentes, in uigore morbi alius subducatur, gargarismi ex decocto ficuum aut ptisane succo in quo passulae sint in coctae, si uero tonsillae ad suppurationem ueniunt gargarismi fient ex decocto ficuum aut aqua mulsa calida, si amplius augetur malum et principium suffocationis suspectum sit, alius forti clysteri uel glande subducatur. Vena cubiti secetur, cucurbitulae cum scarificatione collo ac mento affigenda, fomentis ac cataplasmatibus frequentius & gargarismis utendum, quod si morbus ad nullum horum praesidiorum ceadat, sed augetur uena sub lingua secetur, aut iuxta angulos oculorum uel ea que in fronte est & c. De sectione gurgulionis loquitur Hippoc. pronost. 3. cap. 9. tex. 13. ibi, gurgulio cum periculo secatur, aut uritur, & scarificatur quando uirubidus fuerit & magnus, nam inflammatio ad haec consequitur & sanguinis eruptio, sed hunc oportet alijs medicamentis extenuare, ubi uero seperatum fuerit quod sanè uiam uocant, extremūq; gurgulionis maius & liuidum fuerit superior uero pars tenuior, in hoc sane tempore tutū est manus admolliri, praesat autem alio prius euacuata manū adhibere si tempus permittat et homo non suffocetur & c. Auice. nona tertij. cap. 13. Consideretur uiae subiliatio & detumitio & proprie in inferiore parte eius, et si ingrossatur extremitas eius, & resudat ex ea sicut pus tunc est melior hora incidendi cum ferro aut medicinis canterizantibus & c. B. Quoniā uocis plectra

est columella ut Gale. de usu partium, & in eius incisione sequitur quando; sanguinis profluvium, fit; ex eius abscissione frigidior inspiratio, inde est ut thorace & pulmone refrigeratis quando; multi intereant, idcirco cautius procedendum arbitror. nedum partem sanare cupimus maius nocuumentum inde sequatur. Habes etiam remedia per omnia morbi tempora ex Aeti. serm. 8. cap. 45. & a Paulo lib. 3. cap. 26. Vide & alios practicantes & c.

De angina & strangulatione.

Angina que a grecis  $\sigma\upsilon\nu\alpha\gamma\chi\eta$ , dicitur, est musculorum faucium interiorum inflammatio, qua fauces anguntur & strangulantur, anhelitum uel deglutionem impediens, Sicuti  $\pi\alpha\rho\sigma\upsilon\nu\alpha\gamma\chi\eta$ , exterior, Hic morbus ab imperito medicorum uulgo deflexa uoce a synanchi, squinantia dicitur, dicitur tonsilla etiam, quãquam plinius tonsillas ab angina seiungat, Strangulatio uero est subitus ob inspirationis defectum interitus, Angina quatuor habet differentias ut infra in Aet. uidebitur.

Loci consentientes de angina & strangulatione.

Gal. aphor. 4. commẽ. 34. Quum musculi gutturis anteriores una cum ambiente tunica inflammationem patientes uiam spiritus ualẽt intercludere medici talem dispositionem uocãt synanchẽ & c. Paul. lib. 3. cap. 27. Angina que  $\sigma\upsilon\nu\alpha\gamma\chi\eta$  a grecis dicitur, musculorum faucium interiorum est inflammatio sicuti parasynachi exteriorum. Auicã. nona tertij. cap. 8. Loquens de suffocationibus describit esse apostema in gutture anhelitum uel deglutionem uel utruque impediens & c. Gal. aphor. 4. commẽ. 34. Strangulatio nil aliud est quã subitus interitus ob inspirationis defectum, qui fit ex angustia alicuius instrumenti ex ijs qui seruiunt respirationi & c. De anginae differentijs loquitur. Aet. ser. 8. cap. 47. Anginae quatuor

differentiæ existunt, prima quum fauces inflammantur. Altera quum nec circa oris regionem, nec iuxta fauces nec foris secus quicquam apparet. sed iuxta asperæ arteriæ extremum suffocatio ægrum angit, tertia, quum externa regio unâ cum interna fuerit iuxta mentum inflammata, quarta, quum cervicis uertebra a suo loco excidunt, unde lingua a luxata uertebra ad suam radicem impulsâ quandoq; ex suis proprijs locis excidit et difficultas respirandi magis infestat, unde aperto ore semper hiare atq; aerem attrahere æger cogitur & c.

B. Præter has quatuor differentiâs a loco sumptas, sunt aliæ quatuor speciei ab humoribus sumptæ. s. a sanguine bile pituita atrabile quamuis raro hæc ultima ob sui crassitiem eveniunt, Speciem uero, quæ ex luxatione cervicis uerticuli continet, caninam suffocationem uocat. Auicē. ad similitudinem canis qui aperto ore uehementer ex lassitudine anhelat. Vide Gale. 2. prorrh. commē. 54. & aphor. 4. commē. 35. De alijs anginæ speciebus mentionem agit Hip. & Gal. 3. pronost. tex. 16. & ibi quid sint fauces euidenter exponit, Similiter aphor. 4. commē. 34. Inter gulam & guttur spatium fauces nominat & c. Lege de speciebus anginæ. Gal. 4. de loc. aff. ca. 3. circa finem & c.

#### De anginæ causis.

Causa procatartica sunt ciborum facultas qualis est potus frigide, ebrietas nimia satietas frigiditas aeris et quæcumq; ex respiratione attrahuntur mala. Causæ antecedentes, sunt totius uel partis repletio, aut partium quæ circa fauces gutturisq; existit, uel humores fluētes ut sanguis bilis pituita & c. Causæ coniunctæ sunt humores anginam actu facientes qui partim fluxi sunt partim fluunt, ex quibus binæ speciei pullulan. Altera. s. a glutinosa frigida, fluxione, Altera uero a calida et acri & c. Loci contentientes de caulis anginæ.

Aet. ser. 8. cap. 17. Anginæ causæ multæ sunt. frigiditas ma

gis quam ardor & plaga & ex piscibus ossa ad tonsillas im-  
 pacta & potus frigida & ebrietas, nimia satietas & que ex  
 respiratione attrahuntur mala Auice. nona tertij. ca. 8 Et quan-  
 doq; causa est propter quosdam cibos & c. Et subdens causam  
 antecedentem inquit q; nō est semper repletio totius corporis,  
 nec superabundat superfluitas nisi in membris uicinis gutturi  
 & facit euenire apostema & c. Et subdit quandoq; accidunt  
 ex sanguine uel ex cholera rubra, aut ex phlegmate, Raro ue-  
 ro ex melancholia. De causis coniunctis loquitur. Gale. 4. de  
 Vic. rat. in mor. ac comm. 30. Ethip. eodem in loco, ibi, Syman-  
 chus. i. angina fit quum hyeme uereq; fluxio multa & uiscosa  
 ad uenas ingulares defluerit & c. Vnde Gal. fluxionum que  
 a capite deferuntur, quedam sunt substantia tenues, Aliæ ex  
 crasis uiscosisq; humoribus fiunt. Tenues penetratis latis ue-  
 nis in angustioribus detinentur. Crasse uero contrarium obti-  
 nent, ut in latis contineantur, stridulas penetrare non ualentes  
 quum igitur in faucium uenis tales impacti fuerint humores,  
 pars in tumorem attolitur & c. scias q; quum nerui & liga-  
 menta ad partes inflammatas extenduntur tunc uertebrae uel  
 intra uel ad latus, ob eorum copulam qua simul coniunguntur  
 cito uertuntur. Et de his lege Gal. aphor. 4. comm. 35. et Aetiū  
 in præallegato loco & c. Vide etiam Gal. aphor. 3. comm. 22.  
 ubi anginam fieri inquit ex biliosis humoribus qui ad fauces  
 autumno decumbunt, et a pituitosioribus qui uere cum ortho-  
 pneia accidunt & c.

#### De anginae indicijs.

Indicia anginae sunt, difficultas spirandi, febris, genarum  
 rubor, deglutio impedita, dolor circa guttur, tumorq; non ex-  
 trinsecus apparet, interrupta uox, Fluxionū humoris indicia  
 sumuntur a colore a dolore, & a sapore, cognoscuntur a colo-  
 re, si rubidus flauus albus liues humor fuerit, a dolore, si gra-

uis tenuis pulsatilis ut in sanguine, si ponctorius ac mordicans ut in bile, si paruus et obtusus ut in pituita &c. a sapore, si dulcis ut a sanguine, si amarus ab ile, si salsus uel insipidus a pituita, si ponticus ab atrabile &c.

Loci consentientes de anginae indicijs.

Paul. lib. 3. cap. 27. Anginae notae sunt. spiritus recta ceruice uix trahitur, nonnullis febricula oboritur, faciei rubor, aeger ore coniuet cibū potumq; deglutire non potest. Gal. 3. predicti. comm. 18. quia inflammatione uexantur muscoli in guttore, merito dolore afficiuntur &c. Hip. 4. de uict. in mor. ac. tex. 30. Præterita quæ intuenti apparent haud quaquā tumentia uidentur, tēdines; ceruicis posteriores tenduntur uoxq; & πρὸς πρῶτῃ. i. abrupta est &c. Auic. ipse inquit quæ uidetur loqui cū naribus additq; exitus amborū oculorum & egressio lingue, lege susus de signis quando extrinseci laborant muscoli, quando ue intrinseci &c. De indicijs fluxionum humoris. Lege Auic. nona tertij, ca. 9. ibi, & signa eius quæ est sanguinea &c. Similiter, ibi, et signa cholericæ et ibi signa phlegmaticæ sunt falsedo & sapor baurach &c. lege etiam Arcul.

De cura ipsius anginae.

Curatio in remouenda antecedente causa triplicem scopū exigit, Primo ut euacuetur, Secundo ut fluxio prohibeatur, Tertio ut reuellatur. Euacuatio fiet per sectionem uenæ usq; ad defectum animi, exclusiue, ni morbus inducias dederit, ualida maxime existente uirtute cum repletionē copiosa, at ubi morbus moram fecerit paranda erit sectio uenæ, ita tamen ut nō desinente morbo primum a communi, deinde a cephalica extraxeris, post hanc ad secundas sub lingua uenas te conferes, uerum si pauca fuerit repletio a cephalica eiusdem lateris ad uenas sub lingua, incipies, deinceps si abundauerit bilis, alius soluenda erit cum bilem educentibus. Fluxio prohi-



beat<sup>ur</sup> cum his quæ materiam incrassant, quales est diacodion et opiata. &c. Diuersio fiet per cucurbitulas frictiones enemata. Confert etiam diuersio per deriuationem. Curatio in remouenda causa coniuncta, siue phlegmone discutiat<sup>ur</sup>, siue in pus conuertatur, tres etiam medendi scopos expostulat. Primus erit repercutiēs quæ repercutiua nisi facta euacuatione suspecta sunt. Secundus partim repellens partim discutiens esse debet maxime dum uiget morbus. Tertius discutiat tantum, & hoc a medio statu usq; ad morbi inclinationem, quod si ad sup<sup>u</sup>rationem inflammatio uertatur, tunc aperientibus abstergentibus ac mondificantibus opus erit, at si patiens a dolore præmatur tunc anodinis ut gargarismis ex lacte caprino dolori ipso uacandū erit, inter im diæta sit tenuissima, sufficit. n. ut sumatur ptisana, uel panis in aqua decoctus et bibatur aqua &c. Loci consentientes de cura anginæ.

Hip. 4. de Vic. in mor. ac tex. 30. sanguinem igitur ex brachijs detrahens mox uenas quæ sub lingua sunt secabis &c. Itidē adserit Paul. lib. 3. ca. 27. Auic. nona tertij, cap. 10. Oportet ut euacuetur in principio uniuscuiusq; materia faciens illud cum phlebotomia & solutione uentris & ut retrahatur materia ad partē diuersam saltem cum uentosis positis super loca longinqua opposita ei & ligatione extremitatum dolorosa &c. Lege in hoc Mesu. & Paul. fusus. De cura cause coniuncte loquitur Mesu. cap. de synanch. ibi, distinguamus in administratione particularium operationum per tempora morbi, Nam in augmento sit magis uincens medicamen stypticū & prohibitium agitationis et discurfionis rheumatis &c. Lege fusus nā præter has intentiones etiam remedia docet in omni tempore morbi oportuna. Auic. Similiter loc. cit. ait, ibi incipiatur cum medicinis stypticis mixtis cum ijs quæ parum absterfionis habent et gargarizatio cum aceto est ex eis

que repellunt & prohibent attractionem humiditatis plurima, deinde fiat gradatio ad maturatiua & c. Et ca. 2. Et quandoq; dolor fit fortior in principio rei, quare oportet ut stypticis admisceatur aliquid quod sedat dolorem sicut Symplicis uiol. & c.

Paul. li. 3. ca. 27. loquitur de uictu quum dicat cibus sit tri-duo aqua malsa inde ptisanæ cremor cum dulci quadam portione, deinde & ouorum lutea & c.

#### Obseruationes de phlebotomia.

Mes. cap. de synan. sit principium nostrum a phlebotomia si morbus accidit ex plenitudine sanguinis, si uero cum sanguine abundet cholera preponimus euacuationem cholerae ad sanguinis detractionem, deinde facimus sequi phlebotomiam. Paul. lib. 3. ca. 27. Non uniuersim sed pluribus interpositis uicibus euacuetur, ne cumulata, uniuersim; facta euacuatione, anima ipsis deficiente suffocationis periculum superueniat & c. Auic. nona tertij, cap. 2. Idē adserit et Aet. ser. 8. cap. 47.

#### Obseruatio de gargarismatis.

Auic. loc. cit. Gargarismata postponantur, si illic est repletio & si fuerint gargarismata dolorosa sed administrentur post mundificationem & c. Mirum in modum laudantur etiā uentose super collum ad secundam uertebra si deglutio fiat difficilis & c.

#### Obseruatio de repercussiu.

Mesu. loc. cit. Repercussiu nisi facta euacuatione suspecta sunt unde Gal. 3. art. parue corpus, plenū existens repercussionem non recipit & c.

#### Obseruatio de uictu.

Auic. loc. cit. Et prohibeatur nutrimento, ut sit corpus eius utens sanguinis eius nutrimento, & conuertens ipsum a parte apostematis quare minorent cibum necessario aut uoluntarie & c.

#### Nocentia gutturi.

Nocent gutturi amygdalum, mustum, platanus, urtica, nux, pi

retrum, andachoca, &c. Anginae conferentia.

Anginae conferentia sunt acetum per se gargarizatum, omphacium, oxymel, agrimonium cū uino, uinum granatorum, diamoron, rob nucū, succus rubi, ebuli, anisum cum melle hyssopo & aceto gargarisma, sterces canis ossa comedentis, uiola purpurea, hyssopus, Antirū confectio hali. 27. antid. diaolibanum nic. diayrundinis. Auic. prima quinti, Philoniū romanum Theodoricon magnum hali. 7. antid. Hiera archigenis &c.

## De pronolticis anginae.

Hip. aphor. 6. apho. 37. Ab angina habito si tumor fiat in collo bonum foras. n. morbus deducitur, & similis sententia est. 7. aphor. phor. 50. Et ratio aphor. est quia satius est ex in timioribus & principalioribus membris morbos extrudi quam ediuerso. Hip. prædict. 3. tex. 16. Angina grauissima est ac celerrime interimit, quæcunq; nec in ceruice, nec in faucibus conspicuum aliquid efficit, sed plurimū doloris infert, ac spirationis difficultatē, orthopneam dictā. Hæc n. eodē die & 2. & 3. & 4. Strangulat, quæcunq; uero dolorem alteri submitem infert, attollitur uero, ac ruborem in faucibus efficit admodum exitiosa sed paulo longior quā superior est. Paul. lib. 3. ca. 27. Pueris raro talis affectus accidit, nisi cum ceruicis uertebræ affectū loco excidunt, uerū illis ceu curā nō recipiētibz ac deploratis manū admoliri nō oportet. B. Habes aph. 43. secūde sectionis strangulati ac dissoluti nondū mortui nō referuntur quibus spuma circa os fuerit, nam in ijs exitiale signum est spuma circa os uerum Gal. inquit nonnulli etiā strangulatorū quibus circa os spuma uisa est relati sunt, unde etiā Auic. quum tamen quandoquæ accidat ut præfocatus spumet, deinde sanetur. Hip. aphor. 4. aphor. 34. Si a febre habito, tumore non existente in faucibus strangulatio repente superuenit, lethale. B. Habes hanc met sententiam. 2. prorrh. tex.

32. ubi inquit fauces dolētes & c. Ibi q; lib. huius author a Gal. damnatur. Et aphor. 4. aphor. 35. si a febre habito collum peruertitur & uix potest deuorare sine ullo tumore, lethale est. B. Vbi non uisitur tumoris uestigium dictum est inflammationē in gutture, uel in eius musculis esse, quare exitiale signum est, maxime quum febris adsit tanquam una ex causis mortem portendentibus unde Auic. Si cū præfocationibus uehemens febris fuerit tunc mors festinat quoniā febris facit ægrū magno anhelitu indigere & c. Et apor. 5. aphor. 10. Quicumq; ab angina liberantur, ijs ad pulmonem uertitur et in septem diebus pereunt si uero has effugerint, suppurantur. B. Dictum est ab Hip. 2. aph. 19. Quod acutorum morborum non sunt certæ prænuntiationes aut salutis aut mortis quia nonnunquam humor noxius ex uno loco ad alterum transfertur, unde si angina ad pulmonem uertatur, uel interficit, uel in pus conuersa suppuratur, si ad cor omnino ægrum perdit, Auic. 9. tertij cap. 9. quum autem facies sit uiridis & denigratur situs oculorum, tunc ipse moritur, Similiter quando minoratur pulsus & infrigidantur extrema & grositudo lingue & ipsius denigratio sunt ex signis malis & c.

33. Hip. prædict. 3. tex. 20. Securissima est angina, si rubor quæ maxime foras uertatur Et prædict. primo fauces dolentes tenues cum quadam difficultate strangulantes uelociter exitium afferunt & c.

34. Autores erronei dissentientes circa Anginam.

- 1 Adserere ab inflammatione asperæ arteriæ strangulationem posse effici.
- 2 Adserere, in gutture nullum posse fieri tumorem absque dolore.
- 3 Adserere, in angina non conducere repercussiuam, ne materia introcludatur.

4 Adferere, anginam pluries fieri à pituita quam ab alijs humoribus.

5 Adferere, sectionem uenæ in omni angina non conferre.

Confutatio dissentientium circa Anginam.

Ad primum Gale aph. 4. commē. 34. Asperæ quidem arte-  
riæ Inflammatio difficultatem spirandi aliquam efficere po-  
test, strangulationem uero non potest.

Ad secundum Gal. eodemet comen. quum tumorum tripli-  
cem differentiam enumerasset, postea in fine comenti inquit  
possibile esse multitudine humiditatis pituitosæ præcipue ma-  
deficiente tunicam gutturis interiorē, aliquem fieri tumo-  
rem absque dolore.

Ad tertium Respondet Auic. 9. tertij. cap. 10. & gargariza-  
tio cum aceto est ex eis quæ repelunt & prohibent attractio-  
nem humiditatis plurimæ, hæc tamen non conduceret si ma-  
teria esset crassa ac tenax, uide tamen de his supra in observa-  
tionibus & c.

Ad quartum Gordonius & Gilbertus anglicus & Gerardus  
de solo super. 9. almans. cap. de squinantia dicunt quod  
apostema hoc fit secundum plurimum a sanguine & raro a  
pituita. præterea quum hæc inflamatio fit & morbus per acie-  
tus a frigidis fieri nequit, igitur non pluries fit a pituita.

Ad quintum Auicē. 9. tertij. cap. 10. oportet ut euacuetur in  
principio uniuscuiusq; materia faciens illum cum phleboto-  
mia, præterea si non euacuatua saltem reuulsua, in omni an-  
gina specie conueniet, habes etiam de hoc supra plures au-  
thoritates & c.

De destillatione grauedine & raucitate.

Destillatio a Græcis κατάρροσ dicta, nil aliud est quam su-  
perabundatis humoris ex capite in partes subiectas fluxio,  
Differt a bronco qui raucedo & a coriza quæ grauedo a la-

tinis dicitur, eo q̄ catarrhus fauces, & palatum obtineat, Bronchos guttur ac arteriam Corizæ uero nares tantum mollestet, has species destillationum Gerardus quidam his duobus uersibus explicuit.

Dum fluit ad pectus dicitur Rheuma catarrhus

Ad fauces bronchos ad nares dico corizam.

Loci consentientes de destillatione grauedine & raucitate.

Paulus lib 9. cap. 28. cōmunis est omnibus uitijs excrementiæ humiditatis ex capite in subiectas partes descensus. si in nares desinat  $\kappa\omicron\pi\upsilon\zeta\alpha$ , si per palatum ad nares  $\kappa\alpha\tau\alpha\rho\omicron\sigma$ , si inguttur & asperam arteriam ita ut membranam interiorē exasperet  $\beta\rho\upsilon\chi\omicron\sigma$  &  $\alpha\pi\tau\upsilon\pi\alpha\kappa\omicron\nu$  a græcis dicitur, si fluctio in pectus pulmones, decubat tussis siue ut ipse inquit  $\beta\rho\chi\epsilon\omicron\alpha\upsilon\tau\omicron\iota\varsigma\gamma\iota\upsilon\omicron\tau\alpha\iota$   $\kappa\alpha\kappa\iota\delta\epsilon\iota\varsigma$  & Gal. 6. de simpt. cau. cap. 4. Destillatio est per palati foramina multorum humorum de latio & c. Vide etiã Aet. Ser. 8 cap. 53. & Gal. 2. pronost. cōmē. 49. ibi umorem de naribus secretum tenuem et incoctum omnes medici grauedinem nominare solent & c.

De causis destillationis grauedinis & raucedinis.

Causæ procatartice sunt aer frigidus, mora sub radijs lune, Septentrionales uenti dum humiditates exprimunt, Similiter aer calidus, uenti meridionales caput replentes & humiditates liquefacientes, Item somnus coitus et omnia ad caput euaporantia ad ipsum replentia, sicut ebrietates & crapulæ exercitium & ira, Causæ antecedentes sunt uel per se uel per consensum, Per se sunt humores superflui in capite existētes, Intemperies calida frigida & humida, per consensum sunt aut a toto corpore ut in febribus humorem eliquantibus, aut membro particulari, ut a stomacho indigerentio debili & reliquis mēbris, Causæ coniunctæ sunt humor actu fluens quib̄

sepe est calidus subtilis interdum crassus & frigidus &c.

Loci consentientes de causis destillationis.

De causis procatarrhicas lege comm. aphor. s. lib. 3. ibi, Austeri caput aggravantes caliginosi &c. Item aphor. 1. 2. & 13. eiusdem lib. ibi, in comento in quibusdam uero coacto in unum & cum pressio quodammodo capite expressa materia inutilis ad loca capite inferiora descendit &c. Aet. Ser. 8. cap. 53. Destillationis & mucis causa est cerebrum quod a frigore ad frigidam intemperiem perducitur &c. nam in hoc loco auerbat omnes alias procatarrhicas causas a me superius descriptas, Gal. 6. de sympt. cau. cap. 4. Destillationis & grauedinis cerebrum statim causa est ut pars quidem similis uel a frigore uel a solis ardore ad intemperiem redactum, ut instrumentum uero quatenus a plenitudine infestatur, lege latius Mes. de cura catarrhi ibi Austerarum facit ac replet caput &c. Lege similiter Acul comm. almans. cap. de catarrho. Itē Gor. Sauon. &c. De fluxionum causis lege Gal. 2. de diff. feb. cap. 2. Nam ibi, ex parte laborante binas causas intelliges, Alteram ex accensa caliditate, Alteram a dolore excitato, Vnde minus plus ue attrahitur quod influit, Nā si uehementior fuerit calor multum attrahit, si minus tunc debilius. Similiter & in dolore, Ex parte uero mittente, Nam si pars mittens minus superfluitatibus abundet, parum aliquid attrahenti parti immittit, si uero plus materiae inutilis habeat, tantū ingerit amplius quanto plus a natura modo recesserit &c.

De destillationum inditijs.

Id scias uelim q. destillationum indicia ex capitis intemperie siue calida siue frigida sumi possunt, Item a sapore, odore, calore, & ab ipsius symptomatibus, ut gratia exempli, si caput calide fuerit temperatura, facies rubescit uel flaua est, si uero frigide erit alba et pallida a sapore, ut si quod influit

acris aut salsi, aut amari uel fetentis quidpiam habuerit, calidam censeo, Si insipidi uel dulcis frigidum A colore ut quod rubescit, uel flauet, calidum, quod albescit uel liuet frigidum Asymptomatibus, ut si adsit ardor punctio siue mordacitas, calidum, Si nullius sensus particeps cum grauitate & narium obstrictione, frigidum. Relinquo ea etiam inditia que sumi possunt ab his que iuuant & nocent sed ad differentiam que est inter tenuem et crassam destillationem nunc transeo, Tenuis igitur cognoscetur ex eo dum expuitur, q̄ labilis sit et fluens, at, e, conuerso crassa in globum uertitur & in se permanens non fluit, Si quid uero in medio crassum et incircūiacentibus partibus tenue fuerit, tunc iudica destillationem omnino esse tenue, quum he partes ad crassitiam nondum deuenierint. Signa q̄ destillatio sit a toto sunt quia in februum augmento augetur & in earum remissione remittitur, Similiter de particularium partium consensu intelligendum est, Signa per essentiam in capite sunt si diu perseverauerit destillatio, nec adsit aliarum partium morbus de quo suspicari possit &c.

••• Loci consentientes de indicijs destillationum.

Paulus lib. 3. cap. 28. Qui ex aestu grauedinem uel destillationem concipiunt ijs particule incallescunt, acris tenuisq; humor tum per nares tum per os descendit facies rubescit & nasus, Qui ex frigore, ijs frons & caput undiq; distenditur meatusq; & moides dacti clauduntur &c. lege de his Auice. & Arcul. Mes. & Razem. susius & inuenies plura que tuo arbitrio huc traduces &c.

De cura destillationum.

Sex in catarrho requirunt medendi intentiones Prima regiminis regula. 2. erit catarrhi alteratio siue digestio. 3. euacuatio. 4. Diuersio 5. catarrhi interdum fluentis retentio. 6. accidētium correctio ac capitis roboratio regimen erit in catarrho



calido si calida omnia uidentur et ea quæ etiã cerebrum debilitare possunt in frigido, Somnus lōgus & meridianus et supine dormire in frigido malus est, Digestio siue humoris præparatio in calido cum frigidis in crassantibus sicut cum syrupo uiol. de Iuiubis de papauere mirtino cum aquis farfaræ endiuicæ aqua ordei et similibus parabitur. In catarrho frigido si crassa fuerit materia cum calidis attenuantibus sicut cum syrupo de glycyrriza de hyssopo de præstio oxymelle simp. & comm. posito, cum aquis cap. uen. saluicæ Decocto pettorali calido, euacuatio in calido fiet cum fructuum decoctio casia mana rheubarbaro & cum pillulis Aureis Agregatiuis de hiera simplici, In frigido cum pillulis de hiera cum agarico polypodio Turbit pillulis chochijis &c. uideatur sectio uenæ si possibile fuerit si minus fiat a uena communi. Diuersio siue reuulsio fiet per caput purgia, Masticatoria & cauterizantia uel per fricationes lotiones, iuncturarum ligationes cucurbitulas & hirudinum applicationes, Caput purgia fiunt per liquores per nares attractos ut puta in calido cum aqua uiollacea uel hordei &c. In frigida cum aqua mariane cum succo blitis, Decocto nigellæ ireos uel cyclaminis, Cauteria fiant incommissura coronali uel in humeris, Retentio catarrhi quæ fieri non debet nisi maxima urgente necessitate pluribus medijs pficietur primo cū stypticis ut cū bolo armenio spica olibano secūdo cū his quæ a proprietate in crassant ut cum luleb uiolaceo Zuccharo uiolaceo penidijs, diadragagato loch de papauere, Diacodione liquido pilulis bechichijis, tertio cū gargarismis ex aqua rosacea aceto sandaraca &c. uel cum pillulis de cynaglof. Remotio symptomatum erit per ea quæ malam capitis intemperiem siue calidam siue frigidam remouere possunt, Roborabitur deinceps caput in causa frigida cum confectioe pliris arcoticon nic. cum diamusco, in causa

causa calida cum electuarijs frigidis &c.

Loci consentiens de cura destillationu m.

Mesu. cap. decat. commune est sex res, prima ponit studiū in uita patientis. 2. adequat materiam. 3. abscindit eam. 4. diuertit. 5. abscindit fluxum eius. 6. corrigit accidentia & de his singulatim agit ut latius uideri potest. Hercul. & Marcus cati narius de his etiam fusius per tractant, Videant in sua praxi qui optant rem medulius introspicere, De Reuulsione euacuatione & deriuatione loquitur Gal. 4. Meth. cap. 6. ibi Destillationem fixare incipientem ad contraria trahendam esse dicunt, fixam uero in laborante particula euacuandam. Similiter meth. 5. cap. 2. Quæ uero in oculis aure palato fluxiones accidunt eorum ad uicina deriuatio est per nares &c. Hinc etiam elice quot modis fiat reuulsio, Lege etiam Act. Ser. 8. cap. 53. ibi expedit fontem malorum excindere sanato uidelicet capite &c.

Observationes in cura.

Gal. 3. de loc. aff. cap. 5. Dicit exemplificans de grauedine & destillatione q. qualitas et quantitas excrementorum atque causarum. quæ præcesserunt contemplatio & capitis dispositio siue calida ut in uisione, siue frigida in refrigeratione, primum a te considerentur. quæ nisi discrete cognoueris, idoneam dispositioni curationem haud quaquam inuenies.

Observationes in phlebotomia.

Mesu. in cur. cat. phlebotomiam non nisi in tribus casibus fieri posse adserit. primus si destillatio calida fuerit cum multa sanguinis copia in corpore calido, secundus si calida descendens in aliqua principali parte figatur ut in oculis pulmo ne diaphragmate, tertius si cum febre & maxime continua fuerit destillatio, ita ut in uenis putrescere humores existimentur, in ceteris uero nequaquam.

Observationes de gargarismatis.

X

Mesu. suspecta sunt gargarismata in quatuor casibus. pri. Si est suspitio catarrhi ad pectus et pulmonem fluens. i. in paratis ad phthisim & asthma. 2. si sit de genere subtiliu acutorum & mordicantium, eo q. facile cum gargarismis concitatur. 3. in prefocationibus quæ fiunt cito. i. in paratis ad suffocationes. 4. si sit uehementis multitudinis.

#### Obferuationes in diuersionibus.

Marcus catin. in cur. cat. inquit nota q. caputpurgia et ster nutatoria non debent a principio fieri. Sed factis euacuacionibus, quia per ista fit motus & agitatio &c.

Mesu. Securius est regimen diuersuum quam abscissuum & licet regimen diuersuum dilatat materiam & multiplicet, tamen multiplicatam conuertit ad partem communem non timorosa &c.

#### Obferuationes in abscissione catharri.

Mesu. Et sunt ex stolidis qui ante digestionem & mundificationem communem, administrant abscidentia catarrhi, et sunt causa cumulationis & multiplicationis ipsius. Fiant igitur post mundificationem & sedationem agitationis uehementis, in aliquibus tamē casibus in principio fieri potest. primo si ad partes nobiles reperet, aut catarrhus esset prefocatiuus &c.

#### Catharrho conferentia.

Conferunt catharrho Auellana assata cum pipera sumpta Betonica, bolus Armenius, cinamomum gramē, lac caprinū, grana lauri, Manna, Myrrha, Vitella ouorum sorbilia, fumus sandaracæ, laudani, et aphaltis uapor. suffumigiū utriusq. storacis retinet catharrhum, item suffumigiū uernicis, sebesten & hissopus, Acharistum nic. confectio de iacur Mes. Phylonium romanum Auic. loch de papauere Pilule pro catharrho mes. 10. antid. Pilule de papauere mes. Rob de nucibus Mes. 5. antid. Rob de papauere hali. 19. antid. Syrup. de papauere etc.

## De pronosticis destillationum.

Hip. aphor. 2. aphor. 40. Raucedines & grauedines in ual de senibus concoctionem non admittunt. B. quia frigiditas ille ex senili etate acquisita, reprimi non potest. imo & in quibusdā iuuenibus difficulter concoquuntur. Hip. prædict. 2. tex. 49. Grauedines & sternutamenta per omnes morbos qui in pulmone fatigent præire & subsequi malum est & c. B. Ratio est quia, si grauedines sint signa, indicant pulmonem malis humoribus repleri, si uero sint cause sunt etiam male ex eo g. ab alijs affectionibus prauis committantur. Lege etiam pro his aphor. 12. & 14. & 31. libri tertij aphorif. & plura intelleges de pronosticis & c.

## Authores dissentientes circa destillationes.

1. Adserere, sternutamenta in destillatione esse salubria.
2. Adserere, cum Artemide medico plumbea lamina prouocetremula pectori esse applicanda.
3. Adserere, Destillationes tantū uocari quæ ex capite per asperam arteriam ad pulmonem feruntur.

## Confutatio dissentientium circa destillationes.

Ad primum Gal prædict. 2. comm. 49. sternutamentum sequitur grauedines magna ex parte, sed sane concutit thoracē & uitiat pulmonē, igitur in destillatione non est salubre, quia ex suo motu efficit, ut materia a capite ad subiectum pulmonem descendat. uel signum est in salubre ostendens per consensum etiam affici cerebrum ut ibi, Gal. Ad secundum Hip. 5. aphor. 24. aphor. frigida qualis est nix & glacies pectori inimica tusses mouent & destillationes & c. Sed plumbea lamina sunt huiusmodi igitur pectori non applicanda, Ad tertium Gal. aphor. 3. comm. 12. non quas communi uocabulo destillationes consueuimus nominare, quæ scilicet fiant ex capite ad pulmonem per asperam arteriam, sed omnes fluxiones, quæ

feruntur per uenas a capite ad partes inferiores & c. s. uocamus destillationes & c. De tussis definitione.

Tussis *βήχης* græce dicta, est quoddam aggregatum ex duobus motibus. s. dilatatione & constrictione impetuosa pulmonis & pectoris, ad expellendum nociua, a uirtute expulsoria naturali pulmonis facta, cum adiutorio diaphragmatis, Nam tussis ita pectori inest, sicuti cerebro sternutamentum ut per eam nocumentum a pulmone expellatur & a membris que per pulmonis consensum patiuntur & c.

#### Locī de tussis definitione.

Gal. de sympt. cau. cap. 4. Tussis nil aliud est quam uehementissima efflatio, qua plurimus spiritus celerrime foras erumpens impetu suo extrahit exploditq; ex crementa meatuum ipsius obstruentia & c. Auic. fen. 10. T. 3. cap. 1. Tussis est ex motibus quibus expellit natura nocumentum ex membro aliquo & hoc membrum est pulmo & membra que ei continentur. Vide de his latius Gal. loc. cit. cap. 3. et. 4. de sympt. cau. Similiter de loco lesionis uide cap. 6. eiusdem quinti lib. & c. Vide etiam Arcul.

#### De causis tussis.

Causæ procatartice sunt sicut dictum est in destillationū causis, causæ antecedentes uel per se sunt uel per consensum, per se ut mala intemperies cum materia, uel sine materia calida frigida sicca humida, aut solutio continui uelut in ulcere pulmonis inphitisi, per consensum uel a toto ut in febribus aut a partibus, ut a cerebro destillante, uel a pectore ut pleuritide et orthopnea, aut diaphragmate ulcerato, uel in abscessum conuerso, aut a stomacho, splene, hepate, quum abscessum patiuntur, nam facta diaphragmatis compræssione, siue a tumore, siue ab alio quopiam fit tussis, Materie in pulmone quandoq; imbibuntur, interdum inherent obstruunt & resolutis partibus subtilibus in petram condensantur, Causæ tussis sicca sunt

uel mala complexio, uel materia in pulmone contenta, quia uel nimis crassa expulsionem ineptam uel apostematam pulmonis, uel materia in uenis pulmonis contenta sua acuitate uel multitudine stimulas uel imbecillitas facultatis expulsores &c.

Locis consentientes de causis tussis.

Aet. Ser. 8. cap. 54. Cause tussis sunt uariae Nam humor a capite ad asperam arteriam destillans tussim efficit Asperitas in super intrinseca pellicula arteriae asperae, cibi & potus praeter labentes tussim promouent. Lumbrici stomachi in festantes etiam tussiculas paruas excitant, Similiter & acris humor stomachum perturbans & intemperies frigida instrumentorum respirationis tussim irritant: Vide de his fusius Aut. 10. 3. t. 3. cap. 1. ibi cause primitiuae tussis sunt &c. Nam fusissime has pertractat, Vide in super Gal. 5. de sympt. causis cap. 4. & ibi intelliges quomodo intemperies tussim excitet, & a mala intemperie dolor fiat contra plures qui de mente Gale. hoc non posse fieri certo affirmant.

De signis tussis.

Signa male complexionis calidae cognoscitur ex praecedentibus causis calidis & leditur ex similibus & iuuatur a contrarijs, caliditas etiam sentitur ab aegro uehementia sitis magnitudo anhelitus & pulsus, rubor faciei cum tussi sicca, Signa complexionis frigidae, sumuntur ex causis frigidis praecedentibus, iuuatur a contrarijs &c. Signa tussis ex sanguine sunt rubedo faciei, uenarum tensio, sapor in ore dulcis & interdum sanguis excreatur, Signa bilis sunt flauities uultus, sapor in ore amarus, sitis, & quod expuitur cinerinum est, & ut plurimum tussis sicca est, Signa pituitae sunt, pallor faciei & albedo, Sapor insipidus aut salus cum humiditate superflua, pauca sitis, circa fauces uiscosa pituita, comotio uomitibus &c.

Signa atrabilis sunt, fuscus color, sapor ponticus, tardus euentus, longa duratio, Signa subtilitatis & transitiei extenuitate fluxus; materiae, & quia subito accidit & e. conuerso, materia uiscosa tarda influxu & c.

Signa siccitatis sunt, quia sedatur ex sorbitione Amyli, multiplicat; quum fames & sitis adest, & apud somnum alleuiatur, Similiter dum comeditur & bibitur, Signa per consensum est antecessio lesionis uentriculi uel hepatis, tussis adest sicca, est insuper minus continua & minus laboriosa quum quae est per essentiam Signa aparatis, ulceris & similibus cognoscuntur ex relatis in pleuritide peripneumonia et phthisi.

#### Loci consentientes de signis tussis.

Aet. sc. 8. cap. 54. Tussis quae cum titillatione partium ab utraq; palati parte contingit palam ostendit destillationem a capite ad asperam arteriam & ad pulmonem deserti, quod si nihil expuatur tenuem fluxum indicat & c.

Aui. 10. 3. T. 3 cap. i. de his pertractat signis ibi, signa intus si frigida est additio ex frigore & c. lege hunc locum susius et habebis omnia quae a me nuper relata sunt, lege etiam Arcul.

#### De cura tussis.

Dictum est in capite destillationis, fluxum humoris esse diuertendum, & quod iam fluxum est, euacuandum, Nunc etiam dicimus in tussis cura duplicem scopum requiri, Alterum in preparanda materia, alterum in abstergendo & preparatam educendo, Tenuis igitur, & acris destillatio per infirmitatem & incrassantiam et fluxum intercipientia curatur, sicut cum syrupo de papauere, uiolaceo iuuibino cum decoctione hordei iuinbarum sebesten, uel cum diacodione tempore somni uel pilulis bechichijs. Si uero fuerit frigida crassa ac tenax, tunc cum calidis extenuantibus ac diffecantibus digeratur, ut cum syrupo de glycyrriza de hisopo oxymellite, syrupo de

prasio oximellite scilitico cum de cocto caricarum passula  
rum. cap. uen. hordei & c. cū loch de pino, de scilla, cum iure  
galli decrepiti & c. Euacuatur deinceps subtilis materia cum  
cassia electuario de sebesten addicta pectorali decoctione, uel  
cum pilulis Aureis Aggregatiuis & c. Frigida cum pilulis co  
chys elephanginis. T. de ag. & c. Quod uero superest in pul  
mone exiccetur tum bibendo, cum labendo ac euaporando  
de quibus satis pertractauit Mesu.

#### Loci consentientes de cura tussis.

Aet. ser. 8. cap. 54. Medemur tussi a tenui fluxu facte per  
antidotū ex papaueris cap. inspissantes, aut per alterius phar  
maci dolorem leuantis, Que autem a crasso aut uiscoso fit  
humore per extenuantia & discindentia, instrumentorum re  
spiratonis frigiditati per calefacientia medemur. Que ab  
asferitate per lenientia et mordacitatem arcentia sanantur,  
qualia sunt ex arteriacis compositionibus simpliciora & c.  
Gal. de compos. med. per loc. cap. 2. & 3. non diuerso a nobis  
sermone hac dilucidius pertractat ubi habet insuper multas  
ad tussim cofectiones & c. Lege etiam Auic. 10. 3. tra. 9. cap. de  
cura tussis & Arcul. & Mesu. Vide etiā quecunq; dicta sunt  
de distillatione, nam huc referenda sunt.

#### Obseruationes in cura per exiccantia.

Arcul. 9. almans. cap. de cur. tussis. Multas conditiones, ob  
seruari in his iubet, primo & non nisi reiteratis euacuatio  
nibus exhibeantur. 1. q. non adit febris notatu digna. 2. ut uir  
tus constet. 4. ut incipiatur a minima quātitate & c. Vide etiā  
fusius.

#### Nocentia & conferentia tussi.

Nocent tussi, Acetum, succus ebuli præsertim tussi recenter  
factæ, nam antiquæ prodest, Mel, non spumatum, Nuces, & c.  
Conferunt tussi Amylum cum zucharo & oleo Amygdalino,  
semen bombicis, Bdellium, Radix chamaleontæ, cinn. momū.



cöchleæ, Adiantum, hisſopus, dragagantum, Enula, faba ſenu-  
 græcū cum melle, philtici, furfur triticeum cum aqua hordei  
 decoctum & colatum inſrig. et ſic. tuſſi, galbanum, Gentiana,  
 Granata dulcia, iuiube, lac aſine uel capræ decoctum glycyri-  
 zæ in uino, Malua, Manna, maſtix, muſſa, oia cum melle, pa-  
 pauer, paſſule, peucedanum, grana pini, pulmo aſini, praſiū,  
 Roſmarinus, Sebeſten ſlini, ſerpentaria, ſulphur, Tea ſtorax  
 ptiſana terebintina cum melle, uiolæ, zedoaria, urtica, radix  
 ireos, compoſita ſunt, diacodion meſ. diapapauer meſ. in tuſſi  
 catarrhali, diaſulphur ſerap. diacodion compoſitum ſerap.  
 diabolibanum, diapenidion diadragantum, diairis, diacalamē-  
 tum, diatrion pipereon, diabiſſopū diazingiberis. elm adip.  
 Auic. ſexto tra. electuarium gabadi hali, loch de pino de papa-  
 uere meſ. de alleis Auice. & Meſ in quinta antid in cur. tuſſis  
 humide, loch de ſemine lini Auic quinta quinti, oleum amyg-  
 dalarum dul. uiolaceum ſiſami cucurbitæ, Pillule procatar-  
 rho Meſ. 10. antid. bichi chie meſ. ad tuſſim Auice. ſyr. uiolace-  
 us, myrtinus, acetofus Meſ. iuubinus de praſio de hisſopo,  
 de cannis depauere, alteraniabim & c. Athanaſia magna ſyr.  
 de liquiritia, de calamento, theriaca maior, trociſci de ſtella,  
 Aui. octaua quinti, de berberis de papauere, de aſenico & c.  
 Alleum coctum & bacca lauri & c.

De pronotiſticis iplius tuſſis.

Auice. decima tertij, loc. cit. Et tuſſis frequens plerumque  
 perducit ad ſputum ſanguinis Arcul. 9. almans. de cur. tuſſ. Si  
 diuturna ſit & frequens in prægnantibus abortum facit ex-  
 puitur ſanguis fractis in pectore uenis.

Hippoc. aphor. 6. aphor. 46. Qui gibbi ex anhelitu aut  
 tuſſi efficiuntur, ante pubertatem intereunt, lege etiam apho.  
 54. lib. 4 quibus ut plurimum tuſſes ſiccæ leuiter irritantes in  
 febris ardentibus ſunt & c. Vide etiam Hippoc. in cap. de

destillatione aphor. supra recitatos.

Authores dissentientes circa tussim.

- 1 Adserere, tusses a nuda intemperie fieri non posse.
- 2 Adserere, tussim siccam a nulla alia causa fieri posse quam a mala intemperie sine materia.
- 3 Adserere, tussim plerunq; fieri causa tantum calida et sicca ut Gerardus.
- 4 Adserere, pilulas bechichias conferre in omni sicca tussi.

Confutatio dissentientium circa tussim.

Ad primum Gal. 5. de sympt. cau. cap. 4. tussim inquit fieri, refrigeratis tantum respirationis instrumentis, ita ut affecti nihil inter tussendum expuant, itidem ait Aet. ut supra de causis dictum est. Ad secundum Gal. 2. predict. comm. 42. inquit q; si humor crassus & viscosus uel adeo tenuis sit ut expelli nequeat, siccam tussim efficit, Vnde modice crassus facile se reatur. Et aphor. 4. comm. 54. Sicce tusses sunt in quibus nihil expuitur, fiunt etiam aliquando ob intemperiem instrumentorum quæ seruiunt respirationi, aliquando in faucium asperitate, uel a pauco & tenui humore destillante, igitur sicca tussis etiam a materiali causa effici potest. Ad tertium Gal. aphor. 3. comm. 23. ob hanc igitur ipsam frigiditatem, tusses hyeme maxime fiunt &c. Similiter. 9. 12. eiusdem lib. caput prius repletum in calida et humida constitutione, frigus autem superueniens ueluti manus quædam extrinseca capiens ac premens, quandam uti spongiam, cerebri illam, quæ in ipso continetur, humiditatem, Vnde fiunt tusses & grauedines &c. igitur a causa frigida & humida plerunq; et magis quàm a calida & sicca fieri potest. Ad quartum dicimus pilulas bechichias conferre tantum in causa calida & sicca ut testatur Mesu. Sed tussis sicca ab alia causa fieri potest ut monstratum est, qua de re in omni sicca tussi conferre non poterunt &c.

## De Athmate dispnia &amp; orthopnea.

Asthma est affectus qui respirandi difficultatem cum magno conamine perferret. Hæc spirationis difficultas dū modica est *ἄσθμα* græce dicitur, at quæ uehementior sit, et spirare æger sine anhelitu et sono non potest, tunc *ἄσθμα* uocatur, si uero accidat inspirando ut non nisi recta ceruice spiritus trahatur tunc *ὀρθόπνοια* nominatur, quos igitur græci uocant *ἄσθματικούς* latini anhelosos siue suffiriosos dicunt.

Loci consentiētes de athmate dispnia & orthopnea.

Auic. decima tertij, cap. 4. asthma est ægrotudo pulmonis eum qua patiens non inuenit excusationem ab anhelitu frequentis sicuti est anhelitus quo laborat præfocatus & festinatus. Gal. aphorif. 6. comm. 46. Multæ sunt spirandi difficultates, sed solam illam Hippoc. consuevit asthma nominare in qua contingit satis crebrum anhelitum fieri, uocant *τοῦ ἄσθματος*. i. anhelare id quod fit in cursibus et uehementioribus exercitijs &c. Vide de his Gal. 7. de cōpos. med. per loc. cap. 6. ibi, qui citra febrē dense respirant &c. B. Nota quod asthma interdum sumitur pro difficultate spiritus sine febre et apostemate, interdum pro constrictione nō facta a causis materialibus, interdum pro malitia spirandi a materia crassa inherente facta, & sic in hoc loco a Gal. accipitur &c. Gale. 4. de uic. in mor. ac. comm. 21. sicca orthopnea ea est spirandi difficultas quæ sine sputis uel tussi usque adeo uehemens est ut inclinari citra suffocationem, qui ita afficitur, non possit.

De causis harum affectionum.

Causæ procatarlicæ sunt caliditas uel frigiditas aeris eius passio nimius corporis motus fumus argenti uiui, odor retum pectus constringentium &c.

Causæ antecedentes per se ut a mala intemperie frigida coarctate uel obstruente, uel a materia, ut plurimum pituito-

sa in pulmone uel eius bronchijs infarcta. Per consensum fit uel a toto ut in febribus & hydropo. aut ab aliqua parte sicut ab occipite nervis uertebrae colli, a pectore diaphragmate. hepate stomacho splene, ab occipite in qua spiritibus ad pectoris musculos transire non ualentibus, a nervis motum diaphragmatis impediētibus, a colli uertebrae & pectoris quum extra se dem diuertuntur, a pectore sicut ab eius angustia abscessu paruitate ulcere & coluuiē, a diaphragmate hepate splene ob eorum abscessus & ulcera. interdum fit etiā ab exiccatione pulmonis & c. Cause coniunctae sunt ipsi humores in infarcti in arterijs & uenis pulmonis morbum facientes & similia.

## Loci consentientes de causis.

Aui. decima tertij. cap. 40. Et quādoq; accidit propter multitudinem uaporis, quando coarctatur in pulmone & propter uētositatem coarctatam in membris anhelitus et quādoq; causa generationis in ipso est frigiditas eius. Vide de his latius apud Mes. cap. proprio.

Gale. 7. de comp. med. per loc. cap. 6. loquens de causis antecedētibus inquit manifestum est coarctationem locorum praeter naturam intrinsecus adesse, cuius etiam sensum egri manifeste perceptant, coarctatio uero fit quum aut crassorum & tenuium humorum multitudo pulmonis bronchijs fuerit infarcta, aut tumor abscessus similis in ipso constiterit & c. Auic. loc. cit. Et quandoq; fit propter nocumentū in ipso pulmone et in eis quae ipsi continentur propter inuiscationem humorum crassorum in arterijs & ramis eorum & quandoq; in cana pulmonis & eius raritate et in locis uacuis. Et istae materiae effuse sunt ad ipsum ex capite. Et quandoq; isti humores nocent sua qualitate quantitate et multitudine et quandoq; fit & raro ab exiccatione pulmonis, & quandoq; fit propter contuminitatem membrorum uicinarum comprimētū meā

bra anhelitus & c. Vide de his Gal. 4. de uic. in mor. ac. cōm. 213 & 3. aphor. comm. 26. & 4. aphor. comm. 50. ibi. n. a quibus causis spirandi difficultas fiat aperte intelliges, lege etiā. 4. de loc. aff. cap. 7.

De indicijis asthmatis orthopneæq̃.

Frequēs adest anhelatio nec spirare possunt nisi recta ceruice, pallescit eorum facies. Si ab intemperie absq̃ materia fiat, adest pectoris lenitas absq̃ sensibili grauitate, tussis sine spūto, calida ex caloris sensu & ex anhelitu & pulsu magno frequenti cognoscitur. frigida ex frigore in partibus spirituum libus percepto, & ex anhelitu pulsu paruo ac tardo, sicca ex asperitate ex siti & a causis exiccantibus. Humida ex causis contrarijs, uel intemperies omnes cognoscuntur ab his quæ iuuant & nocent, nam calidis frigida prorsunt, frigidis calida humores cognoscuntur ex sapore odore crassitie ac tenuitate, locus læsus cognoscitur quoniam si in pulmone est læsio tunc adest grauitas sreatus tussis laboriosa et difficilis anhelitus, si in aspera arteria, sonus adest in respirando, sreatus facilis, si in bronchijs, sreatus fieri non potest nisi cum multa tussi, si fiat a peripneumonia signa suo capiti ascribentur, si fiat asthma a toto per consensum sicuti in febribus, ex eo in de cognoscetur q̃ ad earum augmentum augetur & in recessu minuitur, si per consensum ex partibus facile etiam cognosces ex earum morbis superuenientibus & c.

Loci consentientes de indicijis asthmatis.

Auicē. decima tertij, ca. de sig. asthmatis. Si humores uel humiditates fuerint causa asthmatis, tunc aderit constrictio in principio anhelitus cum exereatione oscitatione et retentione humoris permanentis et grauitas cum spūto & c. Vide hunc locum sūsus, nam de singulis signis hic pertractatur. Vide in super Arcul. Sauro. Gordo. & c.

## De cura asthmatis &amp; orthopneæ.

Primus in curando scopus, (dummodo totius corporis repletio appareat) sit sectio uenæ. 2. sit humoris præparatio ita ut tenuis in crassetur, tenax et uiscosus attenuetur cum syrups in capite catarrhi memoratis. 3. sit euacuatio prout oportuna fuerit in humore peccante. 4. sit humoris cum cucurbitulis & frictionibus ad partem oppositam reuulsio. 5. residuum exiccet. 6. sit regimen ex his quæ dilatant anhelitum, uitentur acria acetosa, styptica, tolleretur famis & potus, uitetur insuper somnus meridianus ac diurnus & c.

## Loci consentientes de cura asthmatis &amp; orthopneæ.

Paul. lib. 3. cap. 29. Hæc cura sit ut per abstergentia extenuantia; medicamina glutinosus humor et crassus abscindatur, quod si necessitas urgeat etiam uena ante omnia incidatur, et quantum uires patiuntur, sanguis detrahatur & c. Gal. 7. de cõpos. med. per loc. ca. 6. Ceterum curatio ambarum affectio num aliquid commune habet & aliquid cuique proprium, cõmune utrisque est, ut redundantia humoris affectiones generantis consumatur & expendatur, proprium uero, ut si a crasis uiscosisque humoribus fiant per attenuantia et extergentia consumantur & c. Consule in his & alijs non solum Auicem, sed Mesu, ipse, n. singula declarat. Vide & Arcul. & alios practi cantes.

## Observationes in præparatione humorum.

Paul. loc. cit. duo notat alterum ut quum crassitiam et tenacitatem humorum secamus & attenuamus humiditatem cum pharmacis adhibeamus quo facilius efferantur unde largiorem potum anhelosis commendat, alterum ne uehementer calidis uel frigidis in hac affectione utamur, quia tenaces et crassi humores a uehementi calore uiscosiores redduntur, & sic difficulter auelli possunt, frigidis necrascant ac cogantur

Et c. Vide similiter. Aet ser. 8. cap. 57.

Auic. loc. cit. Vitandæ sunt medicinæ multum incisive, ibi, et non sis contentus Et c. Secundo, Miscendæ sunt medicinæ hepaticæ sicut eupatorium, cū pectoralibus præsertim si crassities hepatis asthmați adiungatur. Tertio, quum morbus sit natura longus medicinæ sæpius permutentur, non ex eodem genere in aliud, sed in eodem consimili facultate mutatæ per maneant ut uoluit quarta primi cap. i. ibi. immo in una medicatione medicinam permuta Et c. Quarto, in ægritudinibus cronicis inter pollationes fiant, Quinto si causa coniuncta et antecedens aduersentur, attendatur illi quæ magis infestat De obseruationibus aliarum intentionum lege Mesuen.

#### Conferentia asthmați & orthopneæ.

Conferunt asthmați et orthopneæ acetū scilliticum, amygdale amaræ ammoniacum, cum melle, assa fetida in ouo sorbili, bolus armenius, calamentum, cappares saliti, decoctum centaurij ma. dauci, diptami, enule, caricarum adianti gentiana, iuniperi, granorum lauri, marubij, origani pastinacæ, oxymel scilliticum, peucedanum in ouo sorbili, pix humida cum melle, sulphur in ouo sorbili uel sumus eius in ore per embotum scilla thymus, hissopus cum ruta ficibus Et melle allium coctum betonica, gentiana, ius galli antiqui, galbanum, fenugracum cum melle, urtica cū melle, bacca lauri, myrrha, uiole, zucharū, composita sunt. T. de agarico, alipt. muscata nic. præsertim in pueris, diapapauer, diaprasiuum loc. de pino mes. loch. de scilla serap. loch. de papauere hali, quadrumeron conf. nic. rosata magna nic. syrupus de hissopo, de prasio de calamento de iuiubis de liquiritia theodoricon magnum hali. 6. antidota teriaca magna nic. hiera logodion, hiera archigenis, Phylonium romanum Et c.

#### De pronosticis asthmațis.

Hippoc. apho. 4. apho. 50. Difficultates spirandi in febre intermittente, lethale; Vide etiam aphor. 4. 6. lib. 6.

Auice loc. cit. hæc ægritudo cum accidit decrepitis nõ forsitam sanatur, neque maturatur, quum ipsa in iuuenibus ut plurimum sit difficilis et est ægritudo longa habens cum hoc paroxysmos acutos iuxta similitudinem paroxysmorum epilepsie & spasmi, & multotiens mutatur ad peripneumoniam &c.

Authores dissentientes circa difficultates spirandi.

- 1 Adserere, asthma uerum non esse morbum pulmonis.
- 2 Adserere, orthopneam non posse fieri absq; febre.
- 3 Adserere, apneam non dari posse in animali uiuente.
- 4 Adserere, pulmonem esse propriũ anhelitus instrumentũ.
- 5 Adserere, anhelitum esse motum tantum naturalem, & non uoluntarium.
- 6 Adserere, spirandi difficultatem indicare tantũmodo læsionem membrorum spiritualium.
- 7 Adserere, uinum inspirandi difficultate nõ esse exhibendũ.
- 8 Adserere, pharmaca non ualde soluentia in asthma conuenire.

Cõfutatatio dissentientiũ circa difficultates spirationis.

Ad primum Razes quarto, cõm. cap. i. Asthma est ueraciter, quod in canalibus pulmonis habet humiditates multas uiscosas prohibentes ex ipsarum uiscositate ne aer trahatur quantitate oportuna et Auic. asthma est ægritudo pulmonis, igitur erit uerus morbus pulmonis. Ad secundum Gal. aph. 6. comm. 46. nõ nulli similiter asthma nominant, nõ nulli orthopneam, quando absq; febre ægroti iugiter anhelitum habent, difficilem, ex quibus uerbis cognoscitur orthopneam absque febre fieri, Ad tertium Gal. de loc. aff. cap. 7. in fine, Nam impossibile uidetur ut animal omni spiratione exacte priuatiũ,



in uita seruari possit. quæuis animalia quæ in cauernis latent thoracem mouere minime uideatur, quare aut exiguam fieri spiratione, ut sensum effugiat, aut huiusmodi animalia tunc spirationem omnino non indigere. sed eam spirationem quæ per uniuersum corpus fit, sufficere, quippe hanc, cor ipsi per arterias efficit, ex quibus apparet ut apnea dari possit uiuente etiam animali. Ad quartum Conciliator differentia. 99. Sciendū q. instrumentū proprium anhelitus est diaphragma. pulmo uero coadiuuatiuum se habens ut ad seccantem se ra &c. probat etiam alia potiori ratione ex eo quod insensibilis sit pulmo tum quia tot musculos in pectore frustra natura procreasset. Ad quintum. Auic. 10. 3. tenet q. anhelitus completur duobus motibus inter quos sunt duæ moræ &c. ita ut componatur ex motu uoluntario & naturali. Idem confirmat Gal. de usu partium &c. Ad sextum Hip. prædictionum. 1. tex. 27. & Gal. in eodem. comm. At uero inquit rara spiratio hoc est multo tempore interposita, si magna est indicat delirium, si parua extinctionem natiui caloris, igitur aliam a thorace etiam lesionem indicat &c. Ad septimum Razes. 4. comm. Vinum tenue et subtile facit ad asthmatis passionē, si in potu accipiatur multa quantitas, hoc tamen intellige in resolutione materiæ, uel ubi uinū sit cibus et potus. Ad octauum, Paul. lib. 3. cap. 29. ex antidotis hiera & purgatio continens, ex ualidissimis medicamentis petita, item Auic. utitur helleboro & colocynthide præterea probatur etiam ratione, nam materiæ quæ sunt a uis ductuum remota, educi non possunt nisi per pharmaca uehementia, sed in asthma ita sunt, igitur non nisi per ualidissima pharmaca educi poterunt & per consequens uehementi indigent pharmaco &c.

## De peripneumonia.

Peripneumonia nil aliud est quam pulmonis inflammatio.  
cum

eum febre acuta & spirandi difficultate, & est duplex uera & spuria, uera cum a sanguine, spuria quum ab alijs humoribus oriatur, unde nō inmerito Mesuas alioquin oculatus a cōciliatore reprehenditur differentia. 100. dum inquit ueram fieri ex pituita & esse minus mortalem & c.

Loci consentientes de peripneumonia.

Paul. lib. 3. ca. 20. ΠΕΡΙ ΠΝΕΥΜΟΝΙΑΣ, ΦΛΕΥΜΟΝΗ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΟΝΟΣ  
 & τῆς τῆς similiter Aet. ser. 8. cap. 66. peripneumonia est pulmonis inflāmatio cū febre acuta, itidem Auice. decima tertij. tra. 4. ca. 10. peripneumonia est apostema calidum in pulmone. lege Gal. 2. meth. & in lib. de finit. med. Item in lib. de part. art. med. cap. 4. ibi peripneumonia tantum dicitur quum a sola inflammatione pulmo afficitur. & c.

Mesu. cap. de peripneu. ex ea quedam est uera quedam nō uera & c. Vide eum tu latius, uide etiam conciliatorem loc. cit. lege etiam de his Hippoc. & Gal. prædict. 1. tex. 29. Item Arcul. & Gord. & ceteros practicautes & c.

De causis peripneumoniz.

Cause antecedentes sunt angina pleuritis catharrhus, uel alia materia ab aliqua corporis parte ad pulmonē transmissa. Cause coniuncte sunt humores ibi coarctati & putrefacti, sicuti est sanguis bilis pituita, fieri enim potest ferè ab omnī humore.

Loci consentientes de causis peripneumoniz.

Halyabbas in sua praxi, et hoc apostema aliquando fit ex materia sanguinea aut ex cholera quæ ad pulmonē incurrit nōnunquam a catarrho a capite descendentes, interdum pleuride iugulatione & c. nam pulmo imbecillis ea facile suscipit, quæ ab alijs membris repurgantur. Paul. lib. 3. cap. 30. idem sentit, ibi, Inflammatio fit ut plurimum a ualentibus in eam partem desillationibus aut angina aut suspirio aut pleuriti-

de & c. De causis uero cōiunctis loquitur Auic. decima tertij, cap. 10. ibi & peripneumonia fit ab omni humore sed ut plurimum fit a phlegmate, quoniā in membro raro non continetur humor subtilis & c. B. intellige Aui. uelle peripneumoniā a sanguine et a pituita frequenter fieri, raro, ex bile, rarissime ex atrabile, unde Auic. plura capita facit de hac re, quem legere poteris, Gale. aphor. 7. comm. 12. causas peripneumoniæ etiam tetigit, quem fusus uidebis.

#### De indiçijs peripneumoniæ.

Indicia communia omni inflammationi sunt rubor tensio dolor, Propria sunt febris acuta grauitas absq; dolore, nisi pelliculæ ipsius thoracis sint inflammatæ quoniam tunc dolor percipitur. spirandi adest difficultas, rubescunt malæ & facies, nasus fit simus, uenæ temporum eleuantur, appetitus deiectus est, linguæ adest siccitas, tussis sicca præcipue. In morbi principio, respiratio calida est sputum biliosum spumofum et quandoq; cruentum, uigiliæ adsunt quæ delirium & stuporẽ inducunt, extremitates frigide, unguis liuidi incuruantur, & hi plerumq; in. 4. uel. 7 die pereunt, si uero ad salutem tendat morbus, sanguinis ex naribus profluuium sequitur & quedã excrementitia per sedem excernuntur & c.

#### De locis consentientibus de indiçijs peripneumoniæ.

Gal. 4. de loc. aff. cap. 8. Quando cum spirandi difficultate, cui & angustia & grauitas coniuncta est acuta quoq; febris inciderit, is affectus inflammatio pulmonis est, quod si fuerit intollerabile incendium, angustia uero & grauitatis sensus minor, erysipelas ipsum uexare censendũ est, Et. 2. de loc. aff. cap. 7. Signa inflammationum communia sunt, ut partes inflamatæ rubescant tendantur remittantur intumescant et doleat. Et. 2. de loc. aff. cap. 9. cognoscitur pulmonis inflamatio, quia tanta inducitur spirandi difficultas, tantaq; angustia, ut soffo-

eari laborantes uideantur ac recti sedere conantur, calida ad est respiratio, quo circa ubi plurimum perflant, iuuari uideantur, in tussiendo modo hoc modo alio colore infectum expuitur, ut rubrum flauum rufum sfumofum nigrum & liuidum, grauitatis sensus adest, dolorq; ab imo ad pectus et ad spinam et febris acuta adest &c. Lege de his fusus Aet. ser. 8. cap. 66. Vide similiter Auic. decima tertij. cap. 2. ipse enim addit q; dolor ascendit ad iugulum & pulsatio est usq; ad scapulam & furculam & mamillas saltem apud tussim, et quando dormit superlatus praefocatur, & lingua primo rubescit, deinde nigrescit, & quod adest inflatio oculorum grauitas palpebrarum, pulsus undosus lenis & diuersus, & ibi reddit ratione horum omnium. Vide insuper Hipp. 2. pronost. tex. 60. Vide etiam Arculanum & Razem. 9. alman. ibi, cum alicui superuenerit febris & in aeris attractione tantam patitur constrictionem, ut se praefocari putet &c.

#### De cura peripneumoniae.

Primus in medendo scopus erit reuulsio ut inflammationis augmentum prohibeatur, quae fieri potest cum sectione uenae cum cucurbitulis cum impositione enematum &c. Secundus est humoris digestio, unde si fuerit a sanguine uel a bile conueniunt syrupus uiolaceus iniubinus cum aqua hordeacea uel zucharacea, uel syrupus mirtinus de papauere cum decocto pec. si uero fuerit a pituita conueniunt syrapi de glycyrrhiza, de hisso, oxymel simp. miscendo secum syr uiol. cum decoctis pectori conducentibus &c. Tertius est euacuatio quae fieri potest cum mana casia rheubarbaro. Troc. de uiol. de agarico cum oleo de sebesten &c. Quartus est sputi prouocatio et completur cum his quae in ore lambuntur, ut patet in cura pleuritidis &c. uide ibi plura

Loci consentientes de cura peripneumoniae.

Gale. meth. 1. 1. cap. 4. Quum aliqua particula phlegmone urgeri cæperit uidendum est an propter calorem aliquẽ, qui in illa præter naturam ortus sit an propter dolorem uel ipsius uel propinquæ alicuius partis hanc contraxerit quo. s. adempta causa phlegmone non amplius increseat. post hæc consyderanda num uicina particula sanguinem largius ad partẽ phlegmone obsessam transmittat. Deinde si corpus succorũ equaliter auctorũ redundantia laboret. Si igitur corpus fuerit plethoricum, uel malo succo redundet, cogimur sanguinem mittere, et membrum, ne quid transmittat corrigere & c. Aet. ser. 8 cap. 66 si nil obstiterit, uena in cubito seccanda & si uires ualide fuerint ex utroq; brachio sanguis extrahatur & c. Vi de latius Auic loc. cit. & Arcul. & Marcum Catin. & Saunarolam & Gordoni.

#### Obseruatio in sectione uenæ.

Arcul. 9. alman. Reiteratio sanguinis fieri non debet nisi plethori cum sit corpus, uel membrum influens sit hepar, uel aliqua euacuatio solita puta menstruorum hemorrhoidarũ repressa sit, aut si quam putaremus ad membra principalia materiã defluere, in alijs enim periculosa et suspecta est & c. Auic. decima tertij, cap. 1. Comendat plus sectionem uenæ quã uentris solutionem quia in ipsa inquit non est timor sicut in solutione, quum interdum non soluat interdum superflua sit, prohibet etiam narcotica quoniã sputum & maturationem prohibent & c.

#### Obseruationes in topicis.

Platearius nunquam utendum est repercutiuis sed diaphoreticis & resolutiuis, Præterea caueant aquæ calide in fusionem super caput, quia liquefacit humiditates, et superfluitates ad pectus defendere cogit & c. Auic. loc. cit. unum aduertit qd in topicis exterius applicitis maior esse debet in penetrando uis quam in pleuritide, nam in penitiori loco affectio collo-

cata est, unde ad cataplasmata fomenta et linimenta addatur aliquid quod sit tenuium partium, & nota q̄ debent applicari tam retro supra spondiles quam ante ex directo partis inflammatae & c.

### Conferentia peripneumoniæ.

Conferunt peripneumoniæ, althea, amyllum, aqua mellis, butyrum cum melle, bolus armenius, capillus uen. semina cucurbita, citruli melonum, crocus, decoctio hissopi, faba fressa in cibus, farina hordei caricæ cum fenugreco decoctæ. succus gentianæ, iuleb uiol. iuiubini iuleb alkemes mes. in cur. pleurit. Glyz irhiza, organum cum melle penidij, pix cum amygdalis & zucharo, porrum cum melle, mucilago psyllij, Ruta cum anetho sicco cocta, uiola, hypericō, iris, hissopus cum ruta ficubus & melle. Composita sunt oleum de amygdalis, oleum narisi, de cucurbita uiolaceum, syrupus de cucurbita uiolaceus, de uino granatorum dulcium, iuiubinus, unguentum uiolaceum, zucharum uiolaceū, confectio catafici haly. 6. antid. Dialthea, æspum, diapapauer, diadragantum, diaolibanum nic. Phylonium nic. cum melle, loch de papauere mes. rosata magna nic. sotyra nic.

### De pronosticis peripneumoniæ.

Hippoc. aphor. 5. aphor. 10. Quicumq; ab angina liberantur, ijs ad pulmonem uertitur & in. 7. diebus pereunt, si uero has effugerint, suppurantur. Et aphorif. 6. aphor. 16. a morbo laterali, uel pulmonia habito, aluii profluuium adueniens malum, Et aphorif. 7. aphorif. 2. a morbo laterali inflammatio pulmonis malum, B. Nota peripneumoniam fieri a pleuritide, sed non, e. conuerso, quia si mitis fuerit inflammatio, omnis humor noxius persputum ex purgatur, si sit pernitiōsa, antequam costæ patiantur, strangulat. Et aphor. 7. aphor. 12. a pulmonis inflammatione phrenitis malum. Et secundo pronost.

cap. 69. qui purulenti ex pulmonia sunt & c. Vide tu Galeni commentum, item secundo pronost. tex. 64. ibi quibus abscessus & c. Et tex 67 eiusdem libri, Auice. peripneumonia quæ a colera rubea fit, secundum plurimum sua acuitate interficit cum sit uicina cordi & appositio cum infrigidantibus non peruenit ad locum & c. Mesu. & dixit Gal. q. peripneumonia est difficilis curæ quam pleuresis & magis promptior ad interficiendum eo q. solutio continui in pulmone raro est susceptibilis curæ uel quia uirtus cordis non tantum patitur immo deficit ab inflammatione eius & c. Arcul. peripneumonia longa & diuturna perducit tandem ad nocumentum hezypatis ita ut erret eius digestiua & tumescunt pedes & crura interdum etiam uenter. Auic. decima tertij, cap. 2. Et Hippo. dixit pro quando accidunt exituræ apud mamillas uel ea quæ sequitur ad eas & aperiuuntur pustulle euadunt, & similiter quando accidunt exituræ in crure sunt signa laudabilia & c.

Authores dissentientes circa peripneumoniam.

- 1 Adferere, peripneumoniam fieri non posse a pituita per uitam influxus.
- 2 Adferere, peripneumoniam pituitosam esse biliosa deterioriorem.
- 3 Adferere, in peripneumonia ex alijs morbis facta conferre sectionem uenæ.

Contutatio dissentientium circa peripneumoniam.

Gale. 2. de loc. aff. cap. 9. Respondet primo. Quippe iam ostendimus omnem inflammationem ex affluente fieri sanguine, quapropter si biliosus fuerit sanguis flauum aut pallidum erit sputum, si pituitosus & spumans candidum & c. ex quibus inferri potest hanc etiam inflammationem pulmonis a pituitoso sanguine gigni posse & c. Ad secundum, respondet Mesu. & omnes auctores q. deterior est biliosa quam mor

bus sit acutior seu inducens accidētia &c. Ad tertium, Paul. lib. 3. cap. 30. Vitabimus sanguinis detractionem dum ex alijs morbis peripneumonia depēdeat et si in statum morbus fuerit &c.

#### De spūto sanguinis.

Sputum sanguinis nil aliud est quam quedam sanguinis reieclatio per os undecunq; proueniens, hic consydera potius locum a quo sanguis emanat, quam ipsam definitionem ut monet Gal.

#### De causis spūti sanguinis.

Causę eius primitiue sunt percussio casus uociferatio acuitas uocis, uomitus laboriosus, cibi acuti calidi, timor & angustia sanguinem acuens, sanguisuga gutturi inherens, frigus constringens caliditas dissoluens &c. Causę antecedentes sunt multitudo materiei & ciborum aut retentio mēstruorum aut sanguis ex hemorrhoidibus, aut abscissio membri, aut acuitas humoris aut uehementia motus aut statuosus spiritus &c. Causę coniunctę sunt quia si proueniat a uenis erit aut incisio, aut perforatio aut apertio, aut erosio, aut ualida abstersio, si uero non prouenerit a uenis, tunc erit uel uulnus uel ulcus quod a corrosione uel putrefactione uel ab abscessu sanguineo fiet &c.

#### Loci consentientes de causis spūti sanguinis.

Auice. decima tertij, cap. 4. Causa primitiua fit ex percussione aut casu super pectus aut super hepar, aut a reincidentia, aut a tussi frequenti aut a uociferatione, aut ab acuitate uocis sine gradatione, aut a rixa, aut a uomitu laborioso et proprie in preparatis aut a sumptione solutiuiorum acutorum aut ciborum calidorum aut a timore & angustia sanguinem acuen- te &c. Gale. 4. de loc. aff. cap. 8. Voco precedentes causas aut cum aliquis ex alto uel in ludo uel in certamine ceciderit, aut ubi lapis uel lignum thoracem offenderit aut ira cum exclamatione acuta uehementiq; uoce ut cythare dis tragēdis; ac-



cidit uasa diruperint, uide locum hunc fusius. De causis ante cedentibus & coniunctis loquitur etiam Gal. 4. de loc. aff. ca. 5. Sanguis reijcitur uel rupto uel eroso uase aliquo, uel ore aliquius uena patefacto rumpitur uas uel ob sanguinis abundantiam, aut ob frigus a uicinis partibus contractum aut ob inntam intemperiem, quandoq; ruptionis causa est, aut uehemens motus aut humorum abundantia qui una per se uel una cum crudo & frigido & flatuoso spiritu uenas extendunt & c. Lege hancmet sententiam cap. 8. eiusdem similiter. 6. de Symptom. cau. cap. 2. ad medium. Vide etiam Auic. decima tertij, tract. 3. cap. 4. Similiter lege omnes practiçantes.

## De signis sputi sanguinis.

Quoniam locum cognoscere ex quo sanguis emanat necessarium est, ne inter stolidos quos redarguit Gal. cõputemur, diligenter aduertendum, q; si a capite sanguis fluat q; capitis uel dolor, uel aliud nocumentum præcessit, si proueniat ab arterijs magno cum impetu exiet, eritq; tenuior rubeus cum claritate, uixq; cohibetur. Si a pectore præcessit dolor tussis & grauitas, si a pulmone habes Hip. aphor. 13. lib. 5. ibi quicunq; spumofum sanguinem expuunt, ijs epulmone educio, fit cum tussi multa, extenuatio corporis alteratio in genis & c. Nota etiam q; spumofus sanguis de mente Auic. prouenire potest etiam a cana pulmonis. Si sanguis prouenerit a rupto uase, in primis erit multus, deinde paucus cum aliquali dolore. Si ab eroso uase accidunt affatim sanguinis uacuationes præceduntq; exigua sputa, atq; acres ex capite in pulmonem destillationes eritq; tenuis. Sanguis ex apertione orificiorum, in principio est paucus deinde augetur & est sine dolore, sanguis ab Apostematibus corrosionibus & ulceribus cognoscitur ex præcesione eorum et Interdum expuitur sanies & c. Sanguis proueniens ex naribus facile cognoscitur, tum ex rubore fa-

iei tum quia dum exprimitur nasus adhuc fluit, Vel rem breuius sic habe sanguis ab ore proueniens per quatuor modos cognoscitur, aut expuitur tantum & est ex partibus oris, aut exit cum screatu & est ex colatorio uel uuula palato et partibus eorum, aut exit cum uomitu et proenit uel a meri, uel a stomacho aut ab hepate et finibus eorum, aut exit cū tussi, & tunc uel est ex pectore uel pulmone, aut cana, aut lacerto uocali aut epiglotti & c.

#### Loci consentientes de signis sputi sanguinis.

Gal. 4. de loc. aff. cap. 5. Cognoscitur sanguis qui a gula & uentriculo reijcitur ex ipso uomitu. Si ex spiritalibus partibus ex ipsa tussi, Si ex faucibus & gurgulione ex screatu, Si ex ore ex simplici expuitione, Cognosces ex erosa uel exesa uena, si nulla præcedente causa existente, sanguis plurimus inter tussienđū reijciatur, Cognosces a pulmone educi ubi fuerit sanguis spumofus, Cognosces a partibus pectoris emanare si illic dolor adfuerit, nam in thorace multi adsunt nerui qui bus dolores percipi possunt, Cognoscitur a primaria thoracis affectione fieri, si neq; multum neq; rubrum, sed nigricantem grumofumq; sanguinem conijeceris & c. Vide etiam ca. 8. huius lib. Item Paul. aginetam cap. 31. lib. 3. Item Aet. ser. 8. cap. 59. Et Auic. 10. 3. tra. 3. cap. 4. & ibi, adunguem omnia intelliges: Vide etiam Mesu. cap. de exitu sanguinis ab ore, simili liter Arcul. & alios practicantes.

#### De cura sputi sanguinis.

Primus scopus in medendo erit, sex res non naturales ad frigidum & siccum ordinare ut sanguis cohibeatur & frigeat. Cibi igitur sint uiscosi glutinosiq; stiptici & frigidi quales sunt ptisana hordeacea, uel ex amylo confecta, aut pisces uiscosi, carnes crasse pingues, & Animalium extremitates, Cōueniunt etiam caseus recens, portulaca lentes miliū Alica

ac coriza, Bibatur aqua calibeata, uitetur exercitiū loquutio  
 & c. Secundus erit reuulsio quæ fieri potest per phlebotomi  
 am multoties repetitam, quæ pro singula uice sit modica,  
 Hinc ualet ligare extrema, Menstrua & hemorrhoides euo  
 care, cucurbitulas natibus affigere & c. Tertius est malam  
 sanguinis qualitatem temperare, reprimendo eius aquosita=  
 tem, uel (ut ita dicam) biliositatem, Si enim fuerit aquositas  
 illa pituitosa preparatur cū rhodomelle & syrupo rosaceo,  
 deinde euacuetur cum myrobalanis chebulis & rheub. At si  
 sanguis fuerit biliosus digeratur cum syrupo rosaceo de. s. ace  
 tose, de granatis, de omphacio, de citonijs mirtino, de portu=  
 laca, cum aquis plantaginis portulacæ & c. deinceps euacue=  
 tur cum Myrobalanis citrinis & rheu. cum castia. Quartus  
 est sanguinis cohibitio, quæ primum & statim fienda erit, ne  
 forte adeo uires ægrotantis prostrernat ut difficultas sit in re=  
 uocando. primum conuenit portulaca lapis hematites coral=  
 lus cornu ceruinum ustum, terra sigillata, Bolus armenius. s.  
 mirti. flores et cort. granatorum Gumi arab. & c. Sextus est  
 ut si sanguis in pectore uel uentriculo coauletur, statim dis=  
 soluatur cum oxymelle simpl. & composito cum aquis hisso=  
 pi scabiose aliqui exhibent Theriacam & coagulos leporis  
 & c. Loci consentientes de cura sputi sanguinis.

Auice. 10. 3. tra. 3. cap. 6. loquitur de sex rebus supra natura  
 libus dicens & cibi conuenientes eis. sunt omne conglutina=  
 tium & opilatiuum, & omne consolidatiuum & omne in=  
 frigidatiuum sanguinis prohibens feruorem eius & custodia=  
 tur ab omnibus causis mouentibus sanguinem ut sunt cibi ca=  
 lesfacientes saltus clamor rixa coitus loquutio plurima & c.  
 Vide de his latius Mesuem.

De Reuulsione loquitur Paul. lib. 3. cap. 31. Quibus destilla  
 tio cruentum sputum concitat. uena protinus debet incidi et

pro irium modo sanguis detrahi. Auic. loc. cita. cura est ut succuratur cum phlebotomia basilica in qua existimatur esse resolutio singularis & c. & fricentur eius extremitates & ligentur incipiendo a superioribus ad inferiora & c. Vide de his latius Marcū cat. Arcul. Gor. et reliquos practicātes & c.

Item Mesuem ibi, secundam rem complent administrationes phlebotomiæ cum iterationibus & c. De Rectificatione sanguinis loquitur Auic. loc. cit. ibi & sumant in potu medicinas frigidas conglutinatas & c. Vide de his uberius Mes. & Arcul. De constrictione sanguinis loquitur Gal. 7. de compo. med. per. loc. cap. 4. Curamus apertionem osculi alicuius uasis per obturationem & rupturam per eius conglutinationem, & uasorum erosionem per renutritionem erosorum, obturatur osculum dilatatum per adstringentia, conglutinatur ruptum per eadem & quæcumque; ipsis in compositione citra mordacitatem resiccantia & glutinosi quid habentia miscent, ut lemnia terra, Renutrientur corrosa per cibos boni succi & pharmaca carnis gignentia & c. Vide fusius Gale. 5 meth. cap. 5. & 7. Item Aet. ser. 8. cap. 63. & Auic. ibi & confert tribuere ei in potu trociscos de charabe & c. Vide de his iuxta Arcul. Mar. cat. Sauon. Guicelmum plac. Gordonium & reliquos practicantes & c.

#### Observationes de euacuatione.

Mesu. cap. de flu. sang. ab ore. Si fuerit acuitas & inflammatio & ebullitio in sanguine propter mixtionem cholerae acute in ipso, oportet ut euacuetur cholera prius deinde phlebotometur. Hoc enim est secundum canonem artis demum sequatur infrigidatio & c.

#### Observationes in adstringentibus.

Gale. 7. de comp. med. per. loc. cap. 4. Conueniunt adstringentia ijs qui non tussunt simplicia, sed illis qui ex pulmone,

aut thorace, aut arteria sanguinem reiectant, miscenda sunt adstringentibus calida & tenuium partium existentia ut per totum corpus distributio fiat, ubi uero circa stomachum, aut alium affectio hæc cōtingat, huiusmodi pharmacorum mixtura opus non est & c. Razes. 15. cont. In ruptura uena pectoris & phtificis noli prohibere screatum perseverante ad hæc catarrhi descensu ad pectus uel pulmonem & c.

### Cohibentia sputum sanguinis.

Cohibent screatum sanguinis, Aloes, Amylum, Balaustia, Barba hyrcina Betonica, bolus armenius, cinis cancri, cortices castaneorum, cauda equina centaurium maius, Nux eupressi, cydonia & eorum flores, coagulum leporis & hædi, colla piscium, corallus, corrigiola, Coriandrum, cornu cerui ustum cum dragaganto, Radix dracontea, Hematites, Gummi arabicum & Amygdalarum, Cortex glandium, flores granatorum, Hyoscyamus, charabe, lachryma lentisci, litium lutum sigillatum, Mastix, fructus Myrti, Mumia cum mastice, Oenanthe, omphacium, cortex rad. oliuæ, cortex olibani, Albumen oui, pix portulaca, plantago, psyllium, Rheubarbarum, Rosa, succus rubij salix, sandaraca, sanguis draconis, symphitum, synopida in ouo cortex suberis, sumach, spina alba, spodium cum succo plantaginis stercus apri, Terra samia, Triticum, Vernix, Virga pastoris, hypocistis. Compos. sunt. Troscisci hemathicorum mes. in cap. sputi sang. T. de charabe de terra sigillata, de papauere, de stella Auic. Triphera saracenicæ nic. Theriaca maior Auic. Sotira confectio, Confectio mirabilis Mes. in cu. tussis hum. Medicamen Andromaci Auic. Phylonium persicum Diabolibanum nic. loch de papauere Hali, Diapapauer Mes. Diapulphur Serap. Aqua aluminosa, calibeata, Athanasia magna Auic. 1. 5. & c.

## De pronosticis sputi sanguinis.

Hip. aphor. 4 aphor. 25. Sanguis quidem supra qualiscunq; fuerit, malus infra autem bonus. B. Si immoderantia sanguinis adsit siue inferne uel superne exeat, semper malum est, Immoderata n. nullo modo naturæ quadrant &c. Et aph. 4. aphor. 47. Excretiones in febribus non inter mittentibus liuide cruentæ fetide omnes male, Et aph. 4. aph. 27. Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo quacunq; ex parte &c. Et apho. 5. apho. 3. ubi sanguis plurimus fluxerit, singultus aut conuulsio superueniens, malum. B. Intellige nisi a plenitudine proficiatur, alioqui ad ualetudinem confert. Verū si ex euacuatione alius morbus sequatur, necessario pronosticum erit malum. Nam hip. aphor. 7. apho. 9. A profuuiio sanguinis desipientia & conuulsio malum. Et apho. 6. aphor. 10. caput dolēti & circumdolēti pus uel aqua uel sanguis esluens per nares aut os aut aures morbū soluit, Et aphor. 7. aph. 15. A sanguinis sputo puris sputum malum. B. Hoc intellige de sputo maligno quo d ex pulmone educitur, alioqui sensus aphor. non esset semper uerus. Et aph. 7. aph. 37. Quicumq; euomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare, si uero cum febre, malum curare uero acerbis et refrigerantibus. Gal. 7. de comp. med. per loc. cap. 4. In reiectione sanguinis, primum periculum est, ne immoderata euacuatio fiat &c. Auic. 10. 3. tra 3 cap. 4. Et ille cui accidit sputum sanguinis est præparatus ut adueniat ei ulcus pulmonis, Et ille qui est a pectore nō est tantum timoris quantum in eo q; est ex pulmone, Et multoties quidem est sputum sanguinis causa sanitatis apostematis in hepate aut splene &c. Lege & aph. 3. aph. 29. ibi, lumbibus autem sanguinis sputiones tabes febres acutæ &c.

Authores dissentientes circa sputum sanguinis.

1 Adserere, sputū sanguinis cum tussi semper a spiritualibus

membris prouenire.

- 2 Adserere, spumofum sanguinem semper esse indicium affe-  
cti pulmonis.
- 3 Adserere, Aperitiua in sputo sanguinis a retetione mēstruo-  
rum factio conferre.
- 4 Adserere, omnem sanguinis reiectionem per superio-  
ra semper esse malum.

Confutatio dissentientium circa sputum sanguinis.

Ad primum Gal. 4. de loc. aff. cap. 5. Nos uero sanguinem quid a cerebro ad gurgulionis partes internas ut ad fauces affatim descēdat, tusiēdo educi sepe numero conspeximus, quippe gutturi subito irruēs tusim mouere potest, ex quibus reprehendit medicos qui eruptionem periculosissimam tanquam pulmone affecto credebant. Ad secundum Auic. cap. de sig. spu. sangui. Et quādoq; est spumofus sanguis ex cana pulmonis proueniens, & paulo post Et spuma cum dolore pe-  
toris significat locum agritudinis, unde non semper erit a pulmone spuma &c. Ad tertium Auic. 1. 3. de cur. spu. sang. Caueant a cibis calidis & omnibus calefacientibus, sed aperitiua sunt calida igitur non conferunt, Præterea hip. aph. 7. aph. 37. cura cum acerbis & refrigerantibus, non calidis & prouocantibus, sed in hoc casu fac ut monet Gal. 5. meth. ubi per sectionem uenæ mēstrua prouocat, et non aperitiuis. Nec stypica cum aperitiuis admiscenda sunt quum alterum ab altero facile in operatione impediatur. Ad quartum Gal. apho. 4. comm. 25. inquit eam quæ supra fit per os solam excretionem nō esse semper malam illa quæ fit per nares omissa quæ etiam non est mala, quoniam hip. aph. 7. aph. 37. Quicunq; euomunt sanguinem si sine febre quidem salutare &c. igitur non semper erit mala &c.

De purulentis & tabe siue phthisi.

Empiema est puris collectio in media inter thoracem & pulmonem regione, Tubes uero quæ a grecis  $\Phi\theta\sigma\iota\varsigma$  dicitur, est pulmonis uel thoracis ulceratio cum febre debili ac tussicula corpus consumens Nam a uerbo  $\Phi\theta\iota\upsilon\epsilon\iota\upsilon$ , quod est diminui dicta est, ex ulcere. n. corpus consumitur diminuitur ac colliguatur, Hec differt ab hectica, quum omnis phthificus sit hecticus et non, e, contra, præterea hectica tam ab ulcere, quã a non ulcerato pulmone oritur, Marasmus etiã ipse consumptionem corporis importat quæ a febre acuta dependet, Tãbis tres sunt species, una quum corpus non alitur, ita ut summa macies oriatur a grecis  $\alpha\tau\rho\phi\iota\alpha$  dicta, Altera ubi malus corporis habitus est in quo ferè omnia alimenta corrumpuntur & hanc greci  $\kappa\alpha\kappa\epsilon\lambda\iota\alpha$  uocant Tertia est quæ a grecis dicta est  $\Phi\theta\iota\sigma\iota\varsigma$ , Et fit quum a capite in pulmonem catarrhus descendit et frequens tussis oritur, Interdum tamen a medicis pro uno & eodem morbo accipiuntur.

#### Loci consentientes de empiemate & phthisi.

Paul. lib. 3. ca. 32.  $\epsilon\mu\pi\upsilon\mu\alpha\ \kappa\alpha\tau\alpha\ \tau\alpha\ \kappa\epsilon\upsilon\alpha\ \tau\hat{\iota}\ \beta\upsilon\rho\alpha\kappa\iota\varsigma\ \eta\tau\omicron\iota\ \kappa\alpha\tau\alpha\ \tau\omicron\upsilon\upsilon\tau\epsilon\phi\alpha\kappa\omicron\tau\alpha\ \sigma\upsilon\upsilon\sigma\tau\alpha\tau\alpha\iota$  i. si uerbum uerbo reddideris Empiema in uacuis thoracis regionibus uel in membrana costas subcingente colligitur.

Gal. lib. de Tunn. præter naturam, cap 3.  $\epsilon\mu\pi\upsilon\mu\alpha$  hoc est purulentos dicunt quibus pus in media inter thuracem et pulmonem regionis fuerit collectũ, Similis sensus habet s. meth. cap. 8. & apho 6. comm. 27. & 4. de loc. aff. cap 5. Aet. ser. 8. cap. 67. phthisis proprie est ulceratio pulmonis ad sanguinis spuitiones consequens, Gal aph. 7. comm. 16. quam proprie phthoen nominant greci, hanc hip. phthitim appellat quæ pulmonis ulcera insanabilia consequitur & totius corporis cum febre parua extenuationem, Vide etiam hanc definitionem in lib. def. med. & 5. de loc. aff. cap. 3. Vide etiam Mesu.



ibi phthisis est detrimentum desiccationis et consumptionis cadens in corpus ex calore febrium habitualium & ulcere pulmonis. De causis empiematis & phthisis.

Empiema fit uel a sanguinis eruptione, uel ab ulcere, aut ab inflammatione abscessa & rupta, aut a catarrho a capite ad pectus fluente. Cause primitiue phthisis sunt aer, motus uio lenti corporei, Regio borealis frigida & sicca, cibi & potus falsi & acres ac caput replentes, casus percussio autumnus pluuiosus & temperies agri frigida & sicca & c. Cause antecedentes sunt destillatio acris mordicans ac corrodens, aut precedens peripneumonia iam putrefacta & ulcerata, aut pleuritis rupta, aut putrefactio & corrosio precedens in substantia pulmonis, aut aliqua causarum spiriti sanguinis uenam aperiens & c. Causa coniuncta est ipsa materia producens phthisim ad actum & c.

Loci consentientes de causis empiematis & phthisis.

Paul. lib. 3. cap. 32. purulenta creatio fit uel propter sanguinis eruptionem, aut ab ulcere in pulmone aut ab inflammatione abscessa & rupta, aut a destillatione a capite fluente ad pulmonem, & c. De causis primitiuis plura habes ex Auic. 10. 3. cap. 15. ibi, & causa extrinseca est sicut casus & percussio aut multiplicatur quum estati boreali sicca succedit Autumnus pluuiosus & c. Vide de his Arcul. fufius, De causis Antecedentibus loquitur Mes. cap. de phthisi, ibi, ulceratio huiusmodi causam habet, aut ex precedenti catarrho acuto ulceratiuo in stillante in pulmonem, quandoq; ex precedenti pleuritide aut peripneumonia & c. lege eum fufius, lege etiam Auice. 10. 3. tra. 4. cap. 19. ibi, cause ulcerum pulmonis sunt catharrhus mordacitius & c. Vide etiam Gal. 4. de loc. aff. cap. 8. fufius de his causis pertrahantem & alios practicantes & c.

De signis empiematis & phthisis.

Signa

Signa ab exeuntibus sunt sputum saniei cum signis suis, uirina est naturalis uerum interdum oleaginea. Interdum habet furfures quae omnia humidi consumptione significat in processu morbi lienteria aut diarhea superuenit, & sudor in fine digestionis, Signa a qualitate mutata sunt febris continua uniformis, genae liuescunt pedes tumescunt carnes consumuntur, unguis curuatur, palidi apparent. Signa ab actione laesa, male dormiunt, pulsus minutus frequens uniformis diuersus in fine, hanelitus naturalis sed in fine ob uirium imbecilitatem diuersus Appetitus deiectus & quod sursum uergit foedi est odoris &c. Loci consentientes de signis.

Hip. praedict. 2. tex. 60. Cognoscuntur purulenti principio si febris non dimittit, Sed interdum tenuior noctu uehementior, Si copia sudoris elicitur, ac tussiendo cupiditas adsit, nec quidquam tamen dignum comentatione expuunt, si oculi caui red duntur maxilla ruborem contrahunt, unguis manuum curuatur, digiti potissimum sumi calescunt, in pedibus tumores consistunt, neque cibum appetunt & pustulae circa corpus erumpunt, &c. B. causas horum signorum habes in comm. Gal. Lege de his Paul. lib. 3. cap. 32. ibi phtisis confirmata &c. Lege etiam Gal. 2. de morb. cau. cap. 7. & fusius. 1. de diff. feb. cap. 9. Lege etiam Aet. & Paul. ibi, pus collectum attestantur grauitas pectoris, tussis ualida sicca, &c. De signis praeparatorum ad phtisim loquitur Gal. & Hip. aphor. 5. aphor. 9. ibi tabes fiunt &c. Et Auic. 10. 3. tra. 4. cap. 20. ibi isti sunt alati habentes pectus strictum &c. ubi infert quod collum gracile & longum praeserunt & humeros admodum alarum et scapulas quae a pectore semotas habent si macilenti sint, et carne cum humorum acrium influxu, mollem habeant ad phtisim inclinati sunt, Vide de his fusius Arcul. & Gal. de diff. feb. 1. cap. 9. Cognosce etiam ex Gal. & Hip. pronost. 2. tex. 62. quatuor eru-

ptionis suppurationis signa, quæ sunt dolor, spirandi difficultas, tussedo, & sreatio quæ si continentur & uehementer infestent, celerem significant eruptionem, si minus diuturniorē & c.

## De cura phtifis &amp; empiematis.

In primis an phtifis curari possit lege conciliatorem differentia. 193. Sicuranda erit unica erit intentio, ut uidelicet causam tam conseruatricē quam productricem amoueamus, quæ si fuerit a sanguine per sectionem uenæ reiteratam. Si a bile per cholagoga, si a phlegmate per ea quæ pituitam educunt, quamquam sciam Auice. a Raze in hoc differre ut ipse solutiua ad causam remouendam exhibeat, quæ a Raze ratione phtifis factæ interdiciuntur. Si uero fiat phtifis a pleuritide cura erit in capite pleuritidis nota, Si ab empiemate tūc puris concoctio adiuuetur, deinde euacuetur. Nam supuratio, si rūpatur, uel deorsum tendet et tūc expurganda erit p aluū intestina ac uesicā, si sursum uersus pulmonem, tunc per asperam arteriam elicitu tussi educetur. Verum si neutra harum uia a natura tentetur, superest tantum ut locus in quo sanies consistit, ita aperiatur, ut extrudi possit. Si phtifis proueniat ab ulcere tunc cura erit ut in primis ulcus abstergatur cum hydromelle, aqua hordeacea, cum cicerū, ac zachari aqua uel cum decocto hissopi & c. deinde fluxus destillationum prohibeatur cum his quæ pulmonem roborant, sicut est syrup. mirtinus, puluis pulmonū uulpis & c. s. residuum permanēs exicetur cum melle & galbano, deinde ulcus consolidetur cum bolo armenio Aliqui exhibent lac quod abstergendi & conglutinandi uires habet, sunt qui exhibent aquam hordeaceam cum cancris fluuiialibus coctam & præcipue confert & c.

## Loci consentientes de cura phtifis &amp; empiematis.

Mesu. cap. de pht. primam rē complent quæ abscondunt nocumenta catharri & si causa eius fuerit ex empiemate pe-

ripneumonia et pleuritide cura eorum dicta est secundum re-  
 complent euacuaciones causas abscedetes, unde si cognoueris  
 ex plenitudine sanguinis phebodomamus ex basilica. si chole-  
 ram abundare euacua Auic. cap. de empir. Cuius eruperit sa-  
 nies & existimas q̄ pauca sit, ut mundificetur cum spūto ad.  
 40. dies, tunc oportet ut administrentur post eam abstersiua  
 lauatiua mundificatiua dādo ea in potu quum incipit expui,  
 id, quod erumpitur & cum decocto hissopi rad lilij syrup. de  
 Melle & c. Paul. lib. 3. cap. 12. puris concoctio primum adiuuā  
 da est fomentis cataplasmatibus, promouet etiam rupturam uo-  
 micæ sani lateris incubitus, mulse sorbitio & succus pti sanæ  
 cum melle, Valentiū decoctum hissopi & thymi cum melle  
 & c. Vide latius de his Gal. 5. meth. cap. 8. et Aet. ser. 8. cap. 65.  
 et decura ulcerum. 5. meth. cap. 1. Et Auic. de cura ulcerum par-  
 tium pectoris & inuenies quæcunq; a me dicta sunt & c.

#### Observationes in cura.

Gal. 5. meth. cap. 8. In ulcere pulmonis primum fac, ne ma-  
 gno aeger utatur respiratu, sed super agat silentium, Præte-  
 rea statim a ruptura uasis facta curam incipias quo cruen-  
 tum adhuc uulnus priusquam phlegmonem excitet glutines.

Mesu. cap. cit. Quando consolidatio & conglutinatio uul-  
 neris queritur, tunc cibaria sint desiccatiua nō eleuata in gra-  
 du multæ exiccationis & sint conglutinantia ut sunt extremi-  
 tates porcorum & hedorum & c. Et paulo infra prohibea-  
 tur eis omnis lubricitas uentris et constipatio uiscerum Nam  
 lubricitas uehemens resouit uirtutem & c.

#### Conferentia tabidis.

Conferunt tabidis ius adipis capræ bibitum, Amyllū, Bar-  
 ba hirci cum aqua hordei, Betonica, lutū armenium, Butyrū,  
 decoctio cancrorum, dragagantum, fenugrecum, Gummi albo  
 tim, peucedanum, pix humida plantago portulaca, Confectio

dicta mirabilis mes. in cur. tus. hu. loch de pino de papauere,  
 Troc. de papauere hali. Phthisicis cōferunt radix acori cū pti  
 sana, et Betonica Berbenaca. Cācri cū aqua hordei, decoctio  
 .s. citoniorū. cocleæ. cum uino, Iecur apri uel lupi .s. lini lutū  
 armenum, Merubiū, Porrum, pulmo cerui, plantago, saluia,  
 sterqus uacarū, Cōfectio de satirion Mes. confe. dicta mirab.  
 confect. de Iacur mes. in cur. pht. diadragagātū, Diapenidion,  
 diarthodon, diapapauer nic. Phylonium rom. loch. de spodio  
 Auic. loch. album Mes. in cur. tus. hu. syrup. de papauere uiola  
 ceus de hisso, de psyllo mes. Triasandali nic. Troc. de cāph.  
 Mes. de citonijs serapio de arsenico & Zacharum ros. nouū.

De pronoticis phthisis & empiematis.

Aet. ser. 8. cap. 65. quoniam rumpuntur suppurationes uel  
 sursum uel deorsum. Quæ sursum in uacuum thoracis locum  
 funduntur periculosiores sunt. B. nota q. suppuratio multis mo  
 dis terminatur, aut statim sua multitudine suffocat, aut a col  
 luitie pulmo putrefit. unde phthisis, aut sputo ex purgante li  
 berat, aut per uiam magnæ uenæ ad uescicam cum urina crassa  
 extruditur, aut per uiam secessus per intestina euacuatur, aut  
 per tumore in cute pectoris enatum & ruptum educitur qui  
 modi ferre omnes præter primos optimi reputatur Hip. aph.  
 5. apho. 11. Qui a tabe molestantur, si sputum quod ex tussunt  
 graue olet iniectum carbonibus & capilli a capite desluunt,  
 lethale B. capilli desluunt uel ob maximum alimenti defectū,  
 uel ob humorum perniciosam corruptionem & est pessimū  
 signum.

Hip aph 5. apho. 12. Quibuscunq; tabe laborantibus capil  
 li a capite desluunt ijs alui profluuium superueniente moriuntur,  
 Et apho. 5. apho. 14. A tabe habito profluuium alui superue  
 niens lethale. et aph 6. aph. 27. Quicūq; suppurati aut aquam  
 intercutem patientes uruntur, aut secantur, si pus aut aqua

uniuersim effluerit, omnes moriuntur. B. Vide etiam apho. 10. & 13. & 22. & 29. lib. 3. circa hanc materiam item. 8. lib. 4. Et apho. 7 apho. 16. a puris sputo pthhisis & fluxus, quum uero sputum retinetur, moriuntur. Act. ser. 8. cap. 67. Difficillime curantur ulcera pulmonis eo q̄ c̄tra tussim non repurgantur & a tussi mutuo ulcus corrumpitur, Præterea pharmacorum uires ad ulcus pertingere non ualent priusquam in uentre permutantur, præterea pulmo per spirationes semper mouetur & tussiendo lancinatur, Itidem si curentur ita ut fistulose et callose cicatrices relinquuntur, progressu temporis fricantur et leui ex occasione reciduntur. B. Vide de his fusius Gal. 5. meth. cap. 8. & 7. de compos. med. per loc. intellige tamē tu ut Gal. 9. ulcera in superficie pulmonis facta curari possunt sed antiqua & a phlegmone facta difficulter, uel plane nunquam sanari possunt. Vlcera uero pectoris facilius curantur tum quia carnosum est pectus tū quia paruo motu indiget, tū quia substantiam ita mollem & ad erosionem pronam non habet ut pulmo, Vide de his latius Gal. loc. cit. et. 4. de loc. aff. cap. 5. ibi ulcera in pulmone & c.

Hip. aph. 5. aph. 15. Quicumq; ex morbo laterali suppurantur, si in. 40. diebus purgantur a die qua fit ruptio liberantur si minus ad tabem transeunt. Et pronost. 2. tex. 63. supersunt, quos febris eodem die dimiserit ac cibum citius appetunt & a siti liberati sunt & uenter exigua et consistentia deiecit, & pus album leue & con color est et sine labore ac tussi ualida reiecitur, Qui uero contrariū habent, pereunt & c. Et. 2. pronost. tex. 52. Quicumq; dolor circa thoracem & pulmonem non desinit, adhibitis oportunitis auxiliis in suppurationem uerti sciendum est. Vide textus alios sequentes ad pronosticia etiam maxime spectantes.

Gal. 5. meth. cap. 8. Si phlegmone semel inuaserit exigua.

glutinandi est eius spes in longius tamen protrahere potest tempus & c. B. ratio est quia in pulmone nec sanies nec pus elui potest, quod in phlegmone soluta prima est intentio, nec uulnus glutinari, quoniam in perpetuo motu ob respirationem pulmo sit.

Authores dissentientes circa empiema & phthisim.

- 1 Adserere, omne empiema esse per incisionem uel uisionem curandum.
- 2 Adserere, cum Erasistrato nihil ex thoracis spatio in pulmonem posse recipi.
- 3 Adserere, phthisim fieri posse a siccitate per se.
- 4 Adserere, humiditatem per se posse pulmonem ulcerare.
- 5 Adserere, phthisim ex ulcere pulmonis antiquo esse curabilem.
- 6 Adserere, lac nullo modo competere phthisicis.
- 7 Adserere, zacharum rosaceum recens nullo modo conferre phthisicis.
- 8 Adserere, abstergentia ex purgantia; solum in phthisi conuenire.

Confutatio dissentientium circa empiema & phthisim.

Ad primum Gal. apho. 6. comm. 27. uisione tantum indigen qui plurimum habent puris adeo ut desperent per spuitiones posse expurgare, sed omne empiema tale non est, igitur nec per incisionem curandum & c. Ad secundum respondet Gal. 5. de loc. aff. cap. 3. ibi, in namque uel ex thoracis spatio in pulmonem quidpiam recipi impossibile esse sibi persuadentes & c. & ibi docet modum & uiam qua fit hic transitus, Similiter & 5. meth. cap. 8. Ad 3. Gal. aph. 3. comm. 16. Morbi tabitudines nominati ad has duas sequuntur constitutiones & ad frigidissimam ex qua nonnulla ex uasis quae sunt in respirationis instrumentis dirumpuntur, & ad alteram quae coniuncta

habet cum caliditate humiditatem, quarum occasione caput repletum mittit ad pulmonem fluxiones, a sicca uero constitutione, omnia alia magis quam tabitudines consequuntur et sic a siccitate nullo modo phthisis oritur. Ad quartum Conciliator differentia. 193. in eius appenditio inquit q. humiditas per se nō causat phthisim nisi fuerit cūiuncta humido catharicali uel caliditati uel frigiditati.

Ad 5. Gal. s. meth. cap. 8. ulcera pulmonis non modo adcurandum sunt difficiliora, sed quibusdam etiam impossibilis eius cura uidetur, & hoc ratione & experientia, Ratione quoniam pulmo est semper in motu. sed quæ sunt sanāda quate indigent, Experientia, quia neminem eorum ita affectorum sanātū uiderim, Item. 4 de loc. aff. cap. 8. multos ex hoc morbo defecisse, imo inquit quapropter omnes perire necesse est.

Ad 6. Gal. s. meth. cap. 12. Veteres uero etiam mulierē lactantem, ijs qui phthōe consumeretur adstare uoluerunt, quorum sententiæ ipsa quoq; accedo & c. ubi lac sumopere commendat, itidem adserit septimo meth. capi. sexto, Præterea id quod est facilis assumptionis, optimæ digestionis et bonæ nutritionis, item optime humectans consolidans & abstergens confert phthisicis, sed lac habet has cōditiones ut refert Auic. igitur est dandum phthisicis, quare si ab alijs uicetur, idcirco fit, quia in febre putrida non competit & c. Ad septimum Auic. decima tertij. tra. 4. cap. 6. Vnum de maxime conferentibus phthisicis est zucharum rosaceum et ex eis quæ multoties sum expertus in corporibus et regionibus diuersis est ut utatur pane cum zucharo ros. & si angustetur anhelitus datur in potu syrupus de hissopo & si inflammatur dentur troscisci de camphora & c. Meju. ex rebus mirabilis iuuamēti ad consolidationes & sanationes ulcerum pulmonis est zucharum ros. recens & supra quod non præterijt annus & c.



Ad osauū, Cōciliator diferent. 194. Medici plerunq; errant circa phtibis curationem, eo q. uolentes purgare saniam tantum abstersiuis eam ex purgantibus utuntur, ut sanguinis spiritum denuo inducunt & c. ibiq; notat, Zucharum ros. non nisi præcedentibus mundificatiuis esse exhibendum & c.

#### De pleuritide.

Pleuritis duplex uera & mendosa, uera est subcingentis costas pectoris membranæ cum suis musculis inflammatio cum dolore pungitiuo & acutissima febre, mendosa uero est inflamatio in paniculis pectoris extrinsecis. Intrinsicus enim in pectore tres continentur membranæ quarum quædam a Grecis dicuntur ὑποϕωότες. i. subcingentes latine, arabice pleuræ, quæ uero recte per medium thoracis ad iugulum feruntur, διαϕϕωότες. i. intersipientes, barbæ mediastini dicitur, deinde diaphragma & c.

#### Loci consentientes de pleuritide.

Gal. s. de loc. aff. cap. 3. Inflammationes quæ in subcingentes costas membrana, ac musculis illi continuis fiunt, morbum quem lateralem uocant efficere solent, hæc met sententia est iuxta Gal. de part. art. med. cap. 4 & de constit. art. med. cap. 15. & aphor. 6. comm. 33. ibi qui acidum ructum & c. Mesu. Pleuresis quædam uera quædam non uera, uera est apostema cadens in paniculis & lacertis & c. Non uera quæ fit in lacerto & uelamine extrinsecis & c. Vide de his Auice. decima tertij, cade pleuritide. Item Alex. et Aet. ser. 8. cap. 68. ibi, Pleuritis exquisita & propria est inflammatio membranæ extrinsecus latera succingentis dolorem pungitiuum uehementer inferens, cum acutissima febre & c.

#### De causis pleuritidis.

Causæ primitiue sunt casus percussio pectoris, denudareq; se post laborem in aere frigido, uenti septentrionales, aqua

frigide potus & similia. Cause antecedentes, sunt humorum influxus, uel eorum superabundantia, uel retentio superfuitatum exire consuetarum. Cause coniuncte sunt sæpius sanguis et bilis inflammationem actu producentes, raro pituita, rarissime melancholia, quia quod est densius raro ad hæc mēbra penetrat &c.

Loci consentientes de causis pleuritidis.

Gale. lib. de constit. art. med. cap. 5. Inflammatio ex humorum influxu suboritur quia hæc partes non æque ut cutis sunt dense & compacte sed rare potius. Et aphorif. 6. comm. 33. idem adserit, ibi quum unaquæq; inflāmatio ex alicuius humoris &c.

Auic. decima tertij. cap. de pleu. Et materia huius apostematis ut plurimū est cholera aut sanguis cholericus, quoniā in membris tunicosis, non penetrat nisi subtilis sanguis cholericus uel purus &c.

Mesu. cap. de pleu. Commune est intrinsecis ac extrinsecis paniculis ab omni materia apostemari, uerum a sanguine & cholera frequētius, a phlegmate et cholera nigra rarius &c. & hæc de causis antecedentibus & coniunctis. De causis uero primitiuis lege Arcul. Gord. Sauona. & Auic. ibi, & quādoq; facit pleuresim, multitudo potus aquæ frigide & frigus additum, & facit euenire caliditas uehemens & potus uini puri &c.

De indicijs pleuritidis.

Signa pleuritidis inseparabilia sunt, febris acuta, dolor punctorius, modo ad iugulum, modo ad præcordia tendens, spiratio frequens et exigua, pulsus serinus ac durus, tussis magna interdum cum screatu interdum absq; sputis, quorum signorum si unum deficiat, uera pleuritis esse non potest. Signa materiæ inflammationem efficientis, sumūt ex colore sputi, unde si rubeus fuerit, sanguinolēta erit inflammatio, si flauus

biliofa, si spumofus pituitofa, si niger, bilis affata. Signa pleuritiidem ab inflammatione hepatis interftiguentia, sunt, quia loco pulsu dolore colore & tuſi differunt. Loco, quia infra coſtas in dextra tantum partem ſentitur durities uel tumor. Pulſu quia in inſtāmatione hepatis undofus eſt. Dolore, quia nō acutus ſed grauis. Colore, quia facies male colorata. Tuſi, quia adeſt ſine ſcreatu ſpiratione; maiori, cōtra uero in pleuritiide. Signa quibus differt peripneumonia a pleuritiide ſunt, quia in peripneumonia pulſus eſt undofus, & genarum maſla rubent ac ſi fuco deliniarētur. Signa quibus differat a phrenitide ſunt quia pleuritis ſine alienatione præſertim dum incipit prouenire ſolet, contra uero phrenitis cum alienatione incipit & cum anhelitus conſtrictione deſinit & c.

Loci conſentientes de indicijſ pleuritiidis.

Gale. 5. de loc. aff. cap. 3. huius ſigna inſeperabilia ſunt, febris acuta, dolor perinde ac ſi locus intendatur uel pungatur, ſpiratio frequens & exigua, pulſus paruus arteriam duram & quodammodo intenſam demonſtrans, Tuſis magna cum ſputis coloratis nonnunquam ſine his & c. Orib. aphoriſ. 1. commen. 16. ibi acceſſiones & c. Signa inquit pleuriticorum ſunt quatuor. ſ. tuſis, reſpiratio difficilis, febris, & dolor acutus, quorum unum ſi deſiciat pleuritis eſſe nō poteſt. B. habentur hæc met ſigna ab Hippoc. 4. de uic. in mor. acu. tex. 72. & lege cauſam horum ſignorum ex ipſo Gale. in commen. Gale. de conſtit. art. med. cap. 15. ex colore ſputi quis humor peccet, nobis demonſtrauit; ibi, ſi ſputum colore rubro inſicitur, tunc ſanguinolentum erit, ſi flauo, bilioſum, at ſi ſpumofa excreentur, pituitofum, ſi niger fuerit ſcreatus, tunc iudicandum an fluctio ſiue bilioſa ſiue ſanguinolenta aſſetur & c. Lege etiam fuſius. 5. de loc. aff. cap. 3. et aphor. 6. comm. 33. ibi quæ a flauis ac ruſtis ſputis fit ex bilioſis humoribus & c. De alijs ſignis

quibus ab alijs morbis interstinguatur pleuritis, fusius habes  
 iuxta Paul. lib. 3. cap. 33. & a Gale. 5. de loc. aff. cap. 3. De signis  
 pleuritis mendose fit mentio a Gal. ibidem. 5. de loc. aff. ibi,  
 sunt & alij laterum dolores cum febre & exigua respiratio  
 ne & c. Et sunt hæc grauitas lateris sine tussi, nullum redditur  
 sputum, dolor extrinsecus est tumor deinde extra apparet  
 & c. Signa concoctionis pleuritis habentur ex Galeno in  
 comm. 12. lib. primi aphor. ibi, accessiones et constitutiones  
 morbi indicant & c. Lege Galenum etiam secundo de loc. aff.  
 cap. 9. ibi, quod si tussis nihil expuat, fieri potest ut nihil  
 minus pleuriticus sit ille & c.

#### De cura ipsius pleuritis.

Cognosceas id in primis licet, an notha uel uera sit pleuri-  
 tis, si notha tunc cura tentatiua utitor cum fotu tum humido  
 tum sicco, quale est decoctum camomille anethi meliloti. sli  
 ni fenugreci & c. uel sacculum ex sale milio fursure & c. &  
 cum his que potius uentrem leniunt quam ualide soluant si  
 uera fuerit pleuritis, uel ad resolutionem, uel suppurationem,  
 uel ad alium morbum transmutabitur. Si ad resolutionem,  
 tunc in primis id quod influit reuellendum cum sectione uenæ  
 cum leuibus clysterijs cum cucurbitulis cruribus applicitis,  
 cum fricatione partium inferiorum, Secunda intentio erit  
 materia preparatio, quæ si fuerit sanguinea uel biliosa præ-  
 parabitur cum syrupo uiolaceo, iuiubino, cum aquis uiolarum,  
 hordei, citruli, melonis indi, cucurbitæ & c. uel cum decocto  
 rerum pest. frig. Verum in materia biliosa requiritur id quod  
 plus infigidet et humectat quam abstergat, in sanguinea plus  
 abstergat quam humectet, in pituitosa plus abstergat quam in  
 frigidet quale est decoctum hissopi & syrupus de liquiritia  
 hydromel & oxymel. Tertia intentio est euacuatio a loco in  
 quo fit inflammatio & perficitur cum sectione uenæ ex eodē

latere patiente, uel solutione uentris, ubi materia ad has partes declinet, nā quo natura uergit eo ducere oportet per loca conferentia & hæc fiet tutius per casiam mannam rheobarbarum. T. de agarico de uiolis & c. Quarta intentio erit spiriti euocatio ac faciliseductio & perficitur cum iuleb syrupus iam dictis, uel aliquo eclegmate, uel inunctione ex oleo uiolaceo amygdalino dulci etc. Quinta intētio est residui resolutio que fiet cū topicis in modū emplastri et fomenti cum camomilla & c. Si uero ad suppurationē uertatur Prima intentio erit puris concoctio que fiet cum emplastris ac unctionibus molliētibus sicut cū oleo amygd. dul. butyro, adipe galinae & c. Secunda intentio est rupturæ uomicæ promotio, que fiet cum ualida tūsi et cum his que dilatāt pectus qualis est mulsæ sorbitio, incubitus eiusdem lateris cū ualido corporis motu & c. Tertia intētio est abstersio cum aqua sacchari uel hydromelle cum iure ciccerum. Quarta intentio erit conglutinatio & perficitur cū holoarmino & cum similibus & c. At si ad alium morbū transmutetur, cura eiusdem morbi curabitur & c.

Loci consentientes de cura pleuritis.

Hippocra. 2. de uic. in mor. ac. tex. 1. lateris dolorem siue is per exordia fuerit siue postea exortus sit, tentare calidis fomentis dissoluere non abs re existit & c. et hæc de cura nothentatiua, ubi laudat fomenta ex aqua calida & que ex sale milio parantur. Auic. de cur. pleu. plura habet ibi, uerū humida cum non iuuant non nocent & c. De cura ueræ pleuritis loquitur deinde Hippocra. 4. de uic. in mor. ac. tex. 73. ibi, si dolor sursum uel ad clauiculam, uel ad mamam uel brachiū ascēderit. Venam brachij internam seccare oportet qua parte dolor afficit, sanguinemq; auferre pro corporis habitu anni tēpore et. at. immo si dolor acutus fuerit usq; ad animi deffectum detrahes, postea chlysterē exhibebis, si uero sub thorace

dolor fuerit pleurítico uentrem sub purgabis. Lege etiam se-  
 cundo de uic in mor. ac. tex. 10. 11 ubi non ad animi usque def-  
 lectum uenā secare iubet, sed eo usq; extrahere, donec rubidi-  
 or multo, aut pro rubido liuidus fluxerit & c. Quo nam late-  
 re secanda sit uena, dubitauit primus Gentilis, deinde omnes  
 neoterici quāquam meo iudicio efficitiores sunt eorum ratio-  
 nes, qui a parte lesa dicunt extrahi, quam qui ab opposita,  
 Pro his Lege Manardum lib. 12. epistolarum ad Iacobū pha-  
 rusum plures rationes adducentem. Galenus secundo de uic.  
 in mor. ac. comm. 11. tutius est per uenę sectionem euacuare,  
 quam per purgantis medicamenti administrationem etiam si  
 ad hypochondriorum regionem dolor finiatur, immo per ue-  
 nę sectionem nullum impendet periculum, eo discrimen ma-  
 ximum subeunte, quod per purgationem tentatur, maxime  
 quum morbus hic acutus sit cum febre uehementissima. Quod  
 etiam diuerso ad hanc intentionem spectet lege Auicē. ibi,  
 oportet ut prohibeas materiam euenientem cum euacuatione  
 et attractione & c. De secunda intentione loquitur Mesu. ibi,  
 Modificationem corporis oportet ut precedant preparati-  
 ue ad materici digestionē necessaria, et si materia fuerit cho-  
 lericā requiritur infrigidatio maior cum humectatione non  
 spoliata a uirtute abstersionis & c. Si materia erit sanguinea  
 requiritur uirtus infrigidationis minor & abstersionis ma-  
 ior, si phlegmatica requiritur minor infrigidatio & maior  
 abstersio. De tertia intentione loquitur Auic. decima tertij, de  
 cur. pleu. ibi, dicamus igitur q; cura est phlebotomia si san-  
 guis fuerit uincens, & si est humor alius euacua non cum eis  
 que sunt sicut mirabalani & c. Paul. lib. 3. cap. 33. Recentiores  
 omnibus uenam incidunt, ueriti ut opinor turbationem quā  
 purgatio solet accersire & c.

De quarta intentione plura habes ex Mesue ibi, quintum

rem complent administrationes medicinarum sputum facili-  
tantium, quæ sunt cum humectantibus et lenificantibus pro-  
cededo ad res temperate abstersionis & c. Auice. loc. cit. oportet  
ut sit tua magna intentio ad hoc ut sputum facile sit &  
ex eis quæ multiplicant sputum est dormire super latus infir-  
mum & c. De alijs intentionibus curatiuis habes etiam plura  
ex Auice. loc. cit. ibi, & ex eis quæ sunt sollicitudo attendenda  
est ut succuras maturationi egritudinis, et si sanies fiat oportet  
ut succuras cum mundificatione & c. lege de his uberius  
Mes. Marc. Cat. Arcul. Gordonium & ceteros practitantes.

#### Observationes circa curam tentatiuam.

Mesu. cap. de pleu. Et canon est debere ab humidis & de-  
bilibioribus incipere & quanto compactior & siccior fuerit  
materia, tanto tardius ad fortiora prorumpere, ne resoluatur  
quod est subtile & cadat durities in residuo. Cauendum  
insuper ne uapor ex euaporatorijs ad nares egri ascendat,  
dissolutionem enim & tristitiam & anhelitus constrictione  
generat & c.

Hippocra secundo de uic. in mor. ac. tex. 9. Verum si fomes  
tis dolor non placetur, non diutius calefacito siccatur enim id  
pulmones atque ad suppurationem excitat & c.

#### Observationes in phlebotomia.

Auicen. decima tertij, cap. de pleu. Cumq; phlebotomas et  
euacuas & non sedantur accidentia tunc scias q; prohibitio  
collectionis quæ queris difficilis est non igitur reiteres phle-  
botomiam ut non congelletur materia, quæ habitura est colle-  
ctionem et post hec dispositio debilitatis uirtutis, non est quæ  
tollerare possit phlebotomiam & solutionem, sed necessariū  
est tunc uti clysterijs & c. Mesu. oportet phlebotomiam præ-  
cipimus lenire prius naturam & c.

## Observationes in solvente pharmaco.

Auic. decima tertij. cap. 1. in solutiuo est timor magnus, ipsum namq; interdum mouet & quandoq; non soluit, et quadoq; superfluit, uide de his Gal. 2. de uic. in morb. ac comm. 2. deinde inquit auic. nec soluatur uenter cum pharmaco laborioso, sed leniente, & uitentur styptica sicuti myrobalani.

## Conferentia pleuritidi.

Conferunt dolori lateris et pleuritidi, amygdalæ anethū, berbena, betonica, bdellium, brastica, galbanum, gentiana, malua capillus uen. uiole, hordeum, passula iuiubæ, peucedanum, saluia, uerbascū, urtica, iris illirica, colatura furfuris cocti in aqua hordacea, althea, alchana, camomilla, carica, hissopus, penidij, zucharum uiolatum & quecunq; dicta sunt superius in capite peripneumoniæ.

## De pronosticis pleuritidis.

Hipp. aphor. 3. apho. 23. Hieme uero morbi laterales & e. Et aphor. 6. aphor. 33. qui acicidum eructant, non ual de morbo laterali corripuntur & aphor. 6. aphor. 16. a morbo laterali uel pulmonia habito alui profluuium adueniens malum. B. Intellige de fluxu a natura non regulato, nam qui a uirtute regulante fit etiam in principio bonum, nisi ullum aliud accidens fuerit quod uirtutem prosternat, unde Auic. & fluxus in principio apparens bonum est signū & c. Et aph. 5. aph. 8. quicunq; morbo laterali laborantes in. 14. diebus non repurgantur, ij ad suppurationem uertuntur, Et apho. 15. eiusdem, quicunq; ex morbo laterali suppurantur, si in. 14. diebus purgantur, a die qua fit eruptio liberantur si minus ad tabem trāseunt Auic. decima tertij. cap. de pleu. quæ est propinqua cordi & parti sinistra est deterior, sed ad hoc ut maturetur conuenientior, & quæ est remotior a parte sinistra est salubrior, sed ex parte resolutionis & maturationis magis inobediens



& paulo post, & apparitio fluxus sanguinis narium est ex si-  
 gnis bonis ultimis in pleuresi, B. adde tu q. non tantum a nari-  
 bus sed ab hemorrhoidibus et matrice proueniens sanguis in  
 casu laudatur, Gal. 10. meth. cap. 5. si pulmonis uel membra-  
 næ quæ costis subtenditur, uel uentriculi uel iocineris phleg-  
 mone sit, quæ has partes occupet, non modo his qui imbecilles  
 sunt uiribus, sed etiam quibus ualentiores sunt mortifera esse  
 solet Hip. 3. prorrh. tex. 5. dolor lateris ex sputis biliosis, si  
 absq; ratione euenerit in furorē aguntur, B. facto scilicet bilis  
 ad cerebrum transitu, Auic. decima tertij. tra. 4. cap. 1. Et quan-  
 do accidit prægnantibus est perniciosum, & accidens decre-  
 pitis ob debilitatem uirium in fluendo interficit, B. Nam. so-  
 let hominem interimere uel ex eius uehementia symptomatū,  
 uel ex præfocatione. Primo modo prægnantes moriuntur. Se-  
 cundo decrepiti non ualentes materiam extrudere.

Hip. lib. de aere & aqua, qui habent uentrem natura humi-  
 dum, minime morbo laterali atq; alijs morborum generibus  
 corripunt. B. hic locus citatur a Gal. aphor. 6. comm. 33. &  
 ratio est quia abundante bile aut pituita salsa & acri irrita-  
 tur alius ad deiectionem, in qua plures humores excerni so-  
 lent & c.

Authores dissentientes circa pleuritidem.

1. Adserere, pleuritidem posse fieri absq; febre, anaxionis exemplo.
2. Adserere, profluuium alui in omni pleuritide esse, signum periculosissimum.
3. Adserere, pleuritidem plerunq; fieri a tenui pituita.
4. Adserere, repercussiuam in pleuritide iam facta conferre.
5. Adserere, pleuritidē dextri lateris deteriorem quā sinistra.

Confutatio dissentientium circa pleuritidem.

Impugnat primum Gal. aph. 1. comm. 12. ibi, In morbo late-  
 rali,

rali acuta quidem febris una cum spirandi difficultate & tu-  
si & dolore lateris pungente signa passionis significatiua  
nominantur. Et. s. de loc. aff. cap. 3 uocat hæc signa inseparabi-  
lia. igitur absq; febre fieri non potest.

Ad secundum, Gal. aph. 6. com. 16. In mediocri uero mor-  
bo laterali profluuium alui superueniens potest prodesse ra-  
tione euacuationis & magis quam signa cōcoctionis appar-  
erint inesse passionibus, neq; adest timor, sed morbus est ci-  
tra periculum.

Ad tertium, Gal. aphor. 6. comm. 33. Pulmo in omni parte  
rarus ac laxus promptius est omnes suscipere humores, mē-  
brana autem subcingens plus bilioso ob hanc igitur causam,  
quibus pituita natura superabundat, raro a morbo laterali  
corripiuntur, & c. ubi habes non plerunq; a pituita fieri.

Ad 4. Gal. 2. meth. cap. 17. Partius ad pectus est adstringen-  
tibus utendum quando talia humores, qui phlegmonem exci-  
tant, in pulmones & cor nonnunquam reprimant, & paulo  
post, quippe foras trahere potiusquam reprimere in eo debe-  
mus itidem ait Auic. decima tertij, in ser. comuni de cur. dolo-  
ris, unde non mirum si Mesu. a Gord hæc de re deridatur, quū  
in eo morbi principio principiante nullum opus medici ab  
infirmo petatur.

Ad quintum, respondet Conciliator diff. 100. Et tenet q̄ de-  
terior sit respectu situs materia item ratione nobilioris par-  
tis, item quia sciuora sunt symptomata & c. Lege fusius ubi  
de peripneumonia agit.

#### De cordiaca passione.

Sunt cordis passionēs seinuicē consequentes numero tres.  
Prima, est cordis imbecillitas, Secunda, est palpitatio. Tertia,  
est cardiaca syncopa, Nam facta imbecillitate cordis uehemē-  
ti, agitur uirtus, unde palpitatio ex qua deinceps syncopis

oritur, nec inter se differunt nisi secundum magis & minus, palpitatio est quædam dilatatio atq; contractio præter naturæ ordinem facta cardiaca uero syncope est innati roboris labefactio & languor siue præceps uirium lapsus.

Loci consentientes de cardiaca passione.

Mesu. de ægritud. cor. Aegritudines cordis sunt, debilitas pulsus, tremor & synopsis, non aliter inter se differentes nisi sicut debiles & fortes, debilitas facta fortis, usq; adeo ut sit agitatiua uirtutis facit tremorem, tremor superueniens generat synopim ultimitas in synopii est extinctio & mors. B. nota q; arabes pro palpitatione cordis tremorem dicunt ne scientes inter palpitationem & tremorem interstinguere, sed de his fusius dicemus in fine huius morbi.

Gal. lib. de tre. & palp. cap. 5. Palpitatio est quædam dilatatio atq; contractio præter naturæ ordinem. Et. 12. meth. cap. 5. syncope est præceps uirium lapsus.

Auic. decima tertij, cap. 6. Syncope est destructio maioris partis plurium uirtutum motiue ex sensibilis propter debilitatem cordis & aggregationem totius ad ipsam & c.

Decausis synopæ.

Causæ synopæ sunt uel extraneæ uel interaneæ extraneæ sunt ambiētis aeris malitia, uel res uenenatæ, uel animalium uenena, uel aliquis animi affectus, qualis est ingens dolor timor & c. uel plures motus uigiliæ respirationis prohibitio & c. Cause interaneæ uel primario affectu fiunt, uel per consensum totius & partis. Si primario affectu, erunt, uel mala intemperies cal. frig. sic hu. uel mala compositio obstruens & spiritus præfocans, uel solutio continui, quæ si fuerit in superficie mors usq; ad diem secundum prolongatur, si ad uentriculos penetret statim interficit, uel erit aliqua inflammatio uel abscessus ex quibus breuiter aut aliqua mora facta mors

sequitur. Si per consensum totius corporis tunc uel erit febris acuta coliquans, uel uehemens raritas corporis ex qua magna sudoris copia elicitur. Si per consensum partis uel erit ab ore uentriculi uel a mala hepatis dispositione, aut uteri strangulatu, aut a retentis menstruis, aut a uermibus, aut ab immodica hemorrhoidarum euacuatione aut a medicamento fiet.

#### Loci consentientes de causis syncopæ.

Gal. 12. meth. cap. 7. Occasiones quibus syncopæ succedunt sunt sex dolor uehemens, uigilia, immodica inanitio, interdum motus, & principiorum intemperies & cap. 5. eiusdem fit syncopæ ex ambientis aeris malitia, uel ex uenenatis facultatibus, uel ex animalium uenenis uel ex aliquo affectu animi & pluribus motibus, ex uigilijs, ex immodica eius tenuitate ex continentium corporum raritudine, ex respiratu prohibito et ex nutrimenti defectu & c. De alijs uero causis loquitur. s. de loc. aff. cap. 2. ibi affectus cordis si primario affectu fiat, erunt aut male intemperies, aut uenenosus humor, aut erysypelas, aut inflammatio aut alius quipiam præter naturalis tumor & c. Lege de alijs a me recitatis totum hoc caput. & 12. meth. ibi, si per consensum ab ore stomachi & c. Vide etiam de his quæ per compatiendi rationem fiunt Mes. longo satis sermone pertractantem, et Auic. decima tertij, cap. 6. et Paul. lib. 2. cap. 38. Similiter uide Aet. & reliquos practiçantes, nam Auic. tres causas ponit quarum, Prima est attractio, totius aut maioris partis spiritus ad cor. Secunda est præfocatio spiritus in corde spiraculum nõ inuenientis. Tertia est paucitas spiritus in toto, ita ut non superfluat præter illum qui est in minera & c.

#### De signis syncopæ.

Signa ipsius syncopæ est animi defectus, pulsus parui, extremorum frigus & sudor frigidus perrumpens. Signa pri-

marij affectus sunt quia nullam manifestā causam in alijs mēbris inuenitur. nec in ore stomachi, quā nō adsit nec uomitus nec, nausea. Signa malæ cōplexionis calidæ sine materia. sunt caliditas æstus, incendium, febris, pulsus frequens & uelox. Signa compl. frig. sunt pulsus & anhelitus tardus rarus, Præcesseruntq; longa ægrotudo, sanguinisq; euacuatio & c. adest somnolentia color pallidus, Signa siccæ comp sunt extenuatio corporis, nulla sentitur humiditas plus durus & c. Si sanguis uel bilis peccet, sentitur caliditas pulsus magnus plenus fortis. Si melancholia, adest timor tristitia sollicitudo pulsus durus & c. Si pituita, abest sitis, cor percipitur ac si in aqua nataret, pulsus mollis & c. Signa opilationis sunt, diuersitas in pulsus percepta cum imbecillitate et paruitate & c. Signa percepta sumuntur a membris communicantibus materiā, Nam si a cerebro tunc præcessit dolor capitis uertigines, imaginationes falsæ Si ab hepate cognoscitur ex debilitate caliditate & grauitate in eo percepta cum suis alijs morbis. Si a pulmone cognoscitur ex difficultate spirandi ex tussi & ex catharrho. Si a stomacho cognoscitur ex uomitu nausea, difficultate digerendi & c.

#### Loci consentientes de signis syncopæ.

Paul. lib. 3 cap. 34. Notæ ipsius sunt, resolutio animæq; defectus, pulsum paruitas, extremorū frigiditas & in sudorem prorumpitio. At si cor incaluerit magnam crebrantq; edi respirationem, si refrixerit exiguam & raram.

De signis primarij affectus & per consensum. Lege Auic. decima tertij, cap. 7. ibi, Et quādo syncopis non habet causam manifestam & est cum tremore cordis frequente & non est quod est in ore stomachi causa faciens ipsam, tunc ea est cordialis cōfirmata, illa uero cum qua est nausea & contur batio est stomachalis & c. Loci de alijs signis habentur supius ab

ipso Auic cap. de signis tre. cordis similiter ab Arcul. Sauro. & Gor. & ab alijs.

De cura tremoris cordis ac syncopæ.

Primum regimen erit contrarium cause efficienti tremorem sue palpitationem nam si fuerit causa calida, regimen erit frigidum cordiale, si frigida, calidum & c. Secunda, que occurrit intentio erit digestio præsertim si ab aliquo humore fiat in causa calida cum frigidis, ut cum syrupo uiol. de ribes, de suc. acetosa de limonibus acetoso simp. cum aquis uiolaris rosarum boraginis nenupharis & c. Tertia, erit euacuatio que peccante sanguine, (uirtute roborata) fiet per sectionem uene in parua quantitate, aut peccante bile per leuia phar-maca qualis est infusio rheubarbari in rebus cordial. cū myrobalanis citrinis cum manna ac casta. Pituita uero superabundante cum diaphinicone electuario indo cum myrobalanis chebulis & agarico additis semper rebus cord. calidis, in melancholia peccante cum confectioe hamech pillulis indis de lapide lazuli & c. Quarta intentio est reuulsio qua reuelimus materias a corde & deducimus ad membra ignobilia cum fricationibus cucurbitulis, cum sectione uenæ saphe-næ cum lotionibus & clysterijs & c. Quinta, est robur cordi addere remouendo intemperiem calidam cum frigidis, ut puta cum rosis camphora sandalis acetosa nenuphare & similibus in causa frigida cum calidis ut cum buglosa zedoaria mellisophilo cort. citri, musco ambra & c. aut cū compositis ut puta cum zucchero boraginaceo buglosaceo, electuario de gemis diambra diamusco, hinc etiam parari possunt epithemata unctiones, sacculi pulueres & c. Syncopis maxime si in paroxysmo fuerit tres in eius cura requirit intentiones. Quarum prima prohibet resolutionē spirituum qui remanserūt, ne omnino resoluantur & fit cum irroratione faciei cum

aqua rosacea acetosq; mixta, uel aqua frigida uel uino. Secunda, regenerat spiritus & uirtutem roborat, unde huc spectant, aromatica, & quæ cito reficiunt, qualia sunt uinum oua sorbilia, aqua carnis & similia. Tertia excitat uires & conuertit uapores & spiritus ad exteriora, cum fricatione extremi tatum, cum prouocatione sternutationis. facta com acri aceto & heleboro albo & c.

#### Loci de cura syncopæ.

Auice undecima tertij. tra. 2. cap. 4. de cura a causa calida inquit & stude ut sit aer in frigidatus ultima in frigidatione, ut sint rorationes et odorameta aromatica camphorata & c. ubi comendat etiam res in cibo acetosas cum succis fructuum agresta & malis acetosis & c. Pro secunda intentione inquit da ei ad sorbendum syrupum de fructibus & c. Pro tertia intentione in materiali omni feratur auxilium cum euacuatuius in sanguineo cum phlebotomia & extractione sanguinis ultima & c. lege eum fusius & plura inuenies a me dicta. Lege in super Arcul. Marc. Cati. Sauo. & Gord. et ceteros neotericos. De cura syncopis loquitur Gale 12. meth. cap. 5. Quum essentia uirium quibus regitur corpus tum in spiritu, tum in solidorū corporum temperamento consistat, hæc si integra sint seruari debent, si corrupta ad integrum reuocanda. Quæ igitur portio defuit hanc apponendo resarcimus, quod altera scit, in debitam temperiem per contrariam alterationem uindicemus & c. B. Habes curam illius syncopæ quæ per consensum oris uentriculi fieri solet ab ipso Gale 12 meth. cap. 3. præcipue si a crudis crassisq; humoribus fiat, si uero a flaua bile habet si militer curam cap. 5. eiusdē lib. ibi, at quibus ex flaua bile quæ os uentriculi infestet, syncopa incidit & c. Lege Paul. agi. cap. 36. & 37. lib. 2. omnia ex Galeno satis belle recitantem & c.

Quot modis dicatur Medicina cordialis.

Auic. in lib. de uiribus cordis septem modis dicitur Medicina cordialis. Primo quia reficit spiritus & nutrit ut uinum & de hoc etiam loquitur ipse secunda primi summa de pulsibus, & undecima tertij, in cura syncopis similiter aqua carnis oua & similia. Secundo quia illustrat spiritus ut margarite & sircum. Tertio quia congregat substantiam cordis & spiritus prohibendo resolutionem eorum ut charabe terra si gilata, bolus armena. Quarto quia amica est cordi quale est dulce & odoriferum. Quinto quia per uirtutem suam alterant & uiuificant roborando per qualitates manifestas quae sunt simplicia temperata ut borago buglossum aurum. Sexto quia euacuant depurando humorem melancholicum a corpore, aut euacuando quod nocet cordi ut sunt myrobalani etc. Septimo quia sua proprietate occulta roborat ac confortat cor, ut iacintus semina citri, buglossum & c.

#### Observationes in cura.

Auic. undecima tertij, tra. 1. cap. de can. uiribus cor. oportet ut sit uelox studium in cura malarum dispositionum cordis, ita ut non fiat error, quia incorrigibilis esset quod non accidit alijs membris & c.

#### Observationes in euacuatione.

Auic. loc. cit. obseruamus ne superfluat & cadat uirtus, deinde post euacuationem uiuificemus uirtutem, Repletio sanguinea remouetur phlebotomia basilicae dextrae, & repletio uaporosa cum phlebotomia basilicae sinistrae, in alijs euacuationibus misceantur medicinae cordiales & c. Mich. Sauo. de mente Auic. inquit audaciores esse debemus in administrando phlebotomiam in agritudinibus cordis quam pharmacia, nam phlebotomia non peruenit ad cor ledendo sicuti pharmacia cum suis uaporibus.

#### Observationes in reinouenda mala complexionis



Auic. in cura calide, si inueneris uirtutem debilem & ti-  
mueris extinctionem, non erit excusatio quin permisceas fri-  
gida calidis. Marc. Cat. non debemus excessiue calidis & fri-  
gidis uti, & quum infrigidare desideramus, medicinam ca-  
lidam aromaticam miscere debemus, quia frigida claudunt  
uias & penetrare non possunt, uel hæc simul miscemus ut  
naturalis color & spiritus una conseruentur, nam Auic. con-  
fidimus q. si natura fuerit fortis, discernet inter frigidum et  
calidum & afferet frigidum cordi & calidum spiritui & c.  
Vide eum fusius: Gale. 12 meth. cap. 3. ad robur uirtutis con-  
seruandum & ad syncopalem accessionem, quo minus de re-  
pente incidat, cauendum, singulare præsidium est temperamē-  
ti custodia & c. Vide Mesu. de his & c.

#### Nocentia ac conferentia cordi.

Nocent cordi, alsebram, colocynthis, euphorbium, geni-  
sta, mezereon, lac. scamonium. Conferunt debilitati, syncopi  
& tremori, aurum, caro chochlearum, margaritæ, menta, mel-  
lissa, & xyloaloes, ambræ, bor. igo, cinnamomum, crocus, gra-  
nata acetosa, lapis lazuli, acetosa, myrobalani, aqua florum  
mirti, rosa, poma acetosa, sandali, senna, spica inda, spodium,  
os de corde cerui, omphacium, zingiber, per diox, siricum, ar-  
gentum, been, acetositas citri, coralli, coriandrum, doronici,  
emblici, endiuiæ, epithimum, folium, charabe, mumia, rheu-  
barbarum, persica, uinum, oua, composita sunt diamargaritō-  
nic. electuarium de pomis mes. diamuscus dulcis, aromati-  
cum muscatum mes. electuarium de gemis mes. pliris arco-  
ticon nic. confectio xyloaloes mes. diasenæ diaanthos dia-  
rodon nic. electuarium Letificans mes. zucharum ros. bora-  
ginaceum diambra, ambræ cum ligno aloë & osse de corde  
cerui cum aqua rosacea in modum pillularum, electuarium  
de citro. prelator, regum, mes. galliæ muscata, oleum millinæ

mes. oleum basiliconis nic. persica & pira condita, rob de rī  
bes de berberis de sumachde pomis de granatis acetosis de cī  
tro. syrupus ros. de pomis de acetosa theriaca magna Auicen.  
triphera ioanitij mes. teodoricon magnū troc. de xyloaloes,  
de musco almans. potio muscata nic. soteria confectio & c.

De pronosticis syncopis & palpitationis.

Hippoc. aphor. 4. aphor. 65. In febribus circa uentriculum  
& fortis æstus & cordis tremor uel dolor malum. Et apho.  
2. apho. 4. 1. Qui frequenter ac fortiter absq; causa manifesta  
exoluuntur de repente moriuntur.

Paul. lib. 3. ca. 34. si syncope ualida sit medicina locus non  
est, sed si uires adhuc tantillum constent, aliquando ad sani-  
tatem recursus est & c. Gal. 12. meth. cap. 6. Existimandi sunt  
in sanabiles qui uiribus iam languentibus aliquid eorum uis-  
cus phlegmone infestetur, quoniam nutrire eos assidue non  
possimus nec seruare eos, si non nutriantur, licet & c. Auice.  
undecima tertij, tra. 2. ca. 6. & scias q; syncopis confirmata  
curam non recipit, & proprie quando perducit ad uiridita-  
tem faciei & conuersionem colli & ille cuius res peruenit  
ad hoc, tunc quum caput eleuat, statim moritur. B. Tria requi-  
rūt ad hoc ut confirmata dicatur, Primum q; sit continua,  
Secundum ut sit ut uebemens, Tertium q; nulla adsit causa  
manifesta ut dictum est in aphor. Gal. 12. meth. cap. 5. si copia  
humorum crudorum uires præmant & propter tum multi-  
tudinem tum crassitiem exiguos animalis meatus obstruant  
iam multis nominibus exitialis est syncope & c. Auic. loc. cit.  
Quumq; confirmatur in corde malitia complexionis non re-  
cipit curam, & quando non est confirmato non facile cura-  
tur, apostema quidem calidum est interficiens statim & fri-  
gidum ex eis est quæ sunt difficilia, quumq; cor non tolleret ut  
apostemetur, quomodo tollerabit ut collectio & saniofitas in

ipso fiat, cor longinquius est ad hoc ut toleret solutionem singularis. Et quando accidit ut penetret usque ad ventres eius interficit statim, & si non est penetrans postponitur eius interfectio usque ad secundum diem. Et quando permutantur materiae expulsae ad cor expleuritide & peripneumonia sunt causae magni timoris & mortis subitae. Et quando calor purus aut frigus purum peruenit ad cor moritur, & quando uidi congelatum loqui & iam moriebatur cum sudore & c. lege hunc locum fusus.

Authores dissentientes circa cardiacas passiones.

- 1 Adserere, idem esse palpitationem & tremorem cordis.
- 2 Adserere, syncopim frequenter accidentem esse signum mortale.
- 3 Adserere, sectionem uenae usque ad syncopim non esse faciendam cum Auerro.
- 4 Adserere, uinum in defectu animi non esse exhibendum.
- 5 Adserere, in actu syncopis rescientia spiritus non praemitti debere stypticis.
- 6 Adserere, syncopim & lipopsychiam nullo modo inuicem differre.

Confutatio dissentientium circa cardiacas passiones.

Impugnat primum Gal. lib. de tre. & palp. ca. s. ibi. tremor est parti quae sursum uicissimque deorsum feruntur, inuoluntarius motus, sed sursum ferri & distrahi, & ferri deorsum & contrahi non idem est, igitur nec tremor & palpitationem idem sunt & c.

Ad secundum Gal. aphor. 2. com. 41. Non omnes qui exoluntur de repente moriuntur, sed qui saepius, fortiter, ac sine causa manifesta exoluntur igitur frequens syncopis hoc non efficit, sed tantum seruatis tribus dictis conditionibus.

Ad tertium Gal. apho. 1. com. 23. in maximis inflammatis

tionibus & in febribus adurentibus, mensura euacuationis est usq; ad animi defectum, nam in febribus ardentissimis statim totius corporis habitus refrigeratur. febris extinguitur et plurimis aliis citatur. sudores emanant & c. in maximis uero doloribus nullum maius inueni remedium quam usq; ad animi defectum euacuare & c. unde argumenta Auerrois non concludunt quum plerumq; ea quæ natura incubat ars deinde perficiat & econuerso.

Ad quartum, Respondetur q; si uinum interdicti deberet, maxime ijs qui syncopi laborant ex flaua bile interdiceretur, sed Gal. 12. meth. ca. 4. omnibus quos syncope male habet offerri iubet, eo q; deductionem in corpus promoueat, igitur in syncopi uinum erit exhibendum, intellige tu omnibus phlegmone in teriori non laborantibus & c.

Ad quintum, Respondetur, q; actu exñs syncopis refici uirtus desiderat, & sic præcedent reficientia stypticis, sed si timeatur de futura syncopi, ob nimiam euacuationem, debent præmitti styptica & hæc ex Gal. 12. meth. ca. 6.

Ad sextum, Gal. 12. meth. ca. 5. loquens de succis grauantibus ac obstruentibus inquit, q; si nec obstruant, nec onerent, syncopem. ij. certe non inferunt, sed quas lipopsychias græci, uocant, ubi lipopsychiam a syncopi differre dicit, Præterea syncopis accipitur tanquam genus lipopsychia tanquam species, igitur aliquo modo in ter se differunt & c.

De uomitu nausea & uuluoiosa subuersione.

Vomitus est motus facultatis expulsorix stomachi, cum quo expelitur id quod est noxium per uiam oris.

Loci contentientes de uomitu & c.

Gale. 6. de sympt. cau. ca. 2. Accipit nauseam pro uomitu, dum inquit, Nausea est expultrix facultatis motus deprauatus, quo per gulam id celerrime euacuatur quod uentriculo

est noxium, interdum accipitur nausea per preuia ad uomitum dispositione, sicuti primo de loc. aff. cap. 4. dum inquit, Quod si humor quispiam in ipsis uentriculi tunicis continetur, nausea quidem uexabit, sed inanis & sine uomitu & que irritat duntaxat nullum humorem euacuans, &c. Et oblatuo de comp. med. per loc. cap. 2. Appellant eos stomachichos quibus nausea contingit & maxime si ad uomitum impellat, erunt igitur quatuor se inuicem sequentia symptomata, prima *αποτρεξίς*, quæ fit quum stomachus intemperie uitiosus, aut humorum redundantia cibos auersatur, hæc dum crescit nauseam parit, ex qua adhuc aucta, subuersio oritur, quæ fit dum fundus stomachi ad superiora uertitur, unde quum uehemens est subuersio uoluulosa, a Gale. 8. de comp. med. per loc. cap. 3. dicitur, non minus ac si uehementi contentione & uiolentia, ueluti in uoluulis siue ileis dum stercora uomuntur subuersio fiat, a qua demum uomitus siue reieclatio fieri solet &c. Auic. 23. cap. de uom. uomitus & subuersio sunt motus stomachi ad expellendum ex eo quod est in eo per uiam oris

De causis uomitus & nausæ.

Cause procatarelicæ sunt aer corruptus fædi odoris, cibus & potus in odore sapore malus, aut nimia eius assumptio, aut mala eius preparatio & unctuositas, motus a cibo statim laboriosus ira & cætera animi accidentia imaginatio ali cuius rei obscene, similiter casus percussio, ueneni potus & animalium uenenosorum morsus.

Cause antecedentes per essentiam sunt mala intemperies calid. frig. aquea, & flatuosa, materie stomacho inherentes uel natantes, quæ grauando pungendo ac extendendo uomitum excitant, item acuitas sensus oris stomachi, mala compositio sicuti accidit in opilatione pyloron. i. ianitoris, uel morbus in numero, ut uermis mordicando ac pungendo, solutio

continui inflammatio & abscessus, pustula dolor & imbecillitas ipsius stomachi &c.

Cause p̄ cōsensum uel fiunt a toto ut in febris & tunc uel est creticus uel symptomaticus sicuti accidit in febris malignis & est p̄simus, uel fit a parte sicuti a cerebro materias transmittente, uel ipso percusso & uulnerato, uel ab hepate flene intestinis &c.

#### Loci consentientes de causis uomitus.

De causis primitiuis lege Arcul. & ceteros practicantes. Gal. 6. de sympt. cau. cap. 2. circa medium, huiuscemodi excretiones fiunt interim grauato ob multitudinē uentriculo, ut cū plurimū cibi ingestum est, interim ob rē mordacē, quē admodū peruditates cibus ingestus uel acidum ructum uel nidorem uel amarorem uel acrimoniam refert, & in hoc genere continentur pituitosa ac biliosa & serosa excrementa tum ibi nata tum ex uniuerso habitu animatis in ipsum deriuata. Est & tertium causarum genus quibus uenter ad uomendū concitatur, nulla uel graui uel mordaci re ipsum irritante, sed ob id duntaxat, quod præter naturam quippiam in eo continetur uocantur præter naturam quęcunq; postquam concocta sunt, alere non possunt, quare non tam acida pituita & salsa, uerum dulcis & sanguis quandoque in uentriculo consistentes ipsum ad uomitum impellunt &c. Lege etiam Gal. 1. de loc. aff. cap. 4. Item aphor. 6. comm. 1. &c. Habes etiam de his causis sensum Auic. 13. tra. 5. cap. 8. ibi, Et id quod commouet os stomachi ad uomitum, aut est qualitas operatiua operatione materie ex qua læditur membri communicatis ut cerebri, aut aduentus percussiois, aut materia grossa imbibita aut in fusa in ipso corrumpens cibum &c. Lege eum fusius, de his Arcul. uberius agit &c.

#### De signis uomitus &c.

Signa ad uomitum præcedentia sunt, nausea subuersio, tremor, labiorum et hypocondriorum tensio. Signa uomitus qui fit per consensum sunt q̄ si a toto, uel a parte fiat, in eorū augmento uomitus & nausea augetur et in eorum morbi de cremento minuitur. Indicia per essentiam sunt primo, si a nuda & mala intemperie sine materia fiat, q̄ tristis quidam aderit sensus in ore uentriculi, nec ulla aderit in uentriculo grauitas nec ructus exiens erit alicuius extranei saporis, sed frequens & inanis aderit nausea absq; uomitu. Signa a mala intemperie cū materia sumuntur a grauitate percepta, a ructus sapore siue amaro dulci acido & fetido, a siti si humor sit calidus a putrefactione & ab eo q̄ uomitur. Indicia obstructionis pyleron sunt tarda concoctio & cibi descensus nisi moræ in causa sint aliæ cause. Signa uermium erunt comotio quædam, siue titilatio circa uentriculum. Signa solute continuitatis sumuntur a dolore ab exitu sanguinis & a stribilibus &c.

Loci consentientes de signis uomitus.

Auic. decima tertia tertij, tra. 5. Signa uomitum antecedentia sunt nausea, subuersio tremor labium accidit tensio hypocondriorum. Signa humoris calidi putridi sunt sitis & sapor malus in ore et putrefactio apparens &c. Vide de alijs signis eum fusus. Gal. lib. de plen. circa finem libri, de his etiã signis mentionem fecit. ibi. patet stomachum hoc loco appellari os ipsius uentriculi ubi si pituita colligatur appetitiones excitat, si uero bilis flaua fuerit sitim & cibi fastidiũ pariet. præterea os erit illis amarulentum, at si atrabilis, morosi et tristes & sine siti, saliuãq; plurimum illis scætet, nec tamen omnes cibum fastidiunt immo eorum in quibus atrabilis accida fuerit, nonnulli satis famelici sunt &c. Lege etiam primo, de loc. aff. cap. 4. ibi. rursus distinguendũ inuestigabimus num ab in

temperie ipsius uentriculi hoc eueniat, an a flaua bile in ipso contenta, an a iocinore, male suo officio fungente, an is ex uniuerso defluat corpore, an etiam in ipso gignatur uentriculo & c. B. ex hoc loco postremo elice q̄ ex frigido ciborum cupiditas excitatur & c. lege de sig omnibus Arcul. & Sauro. & Gord. fusissime loquentes. Vide etiam platearium & c.

#### De cura uomitus.

In cura uomitus primum, considera an cibalis sit an humoralis, item an creticus an symptomaticus, si cibalis uel per essentiam uel consensum, si per essentiam tunc quatuor erunt curandi intentiones. Prima est cause uomitus remotio. Secunda, est uentriculi roboratio. Tertia, est diuersio & accidentiũ correctio. Quarta, est uictus ratio. Prima igitur & secunda, intentio uno & eodem tpe cum contrarijs moderate stipticis alterantibus malam complexionem remouebitur. Tertia, perficietur cum reuulsione cum cucurbitulis suppositorijs elysterijs frictionibus, q̄ si acciderit syncopis eisdemet auxilijs ut supradictum est, curabitur. Quarta intentio sit moderãtia in cibo & potu, participant aliqua stipticitate remedia et cibaria, sintq; facilis concoctionis, saporis non ingrati, uinũ laudabile & quod patienti placeat & c. Si uero fuerit uomitus per consensum, tunc moderanda erit siue totius siue partis consentietis dispositio, similiterq; roborandus erit stomachus cum his que exterius & interius applicari possunt, deinde cum diuersionibus prohibere fluxum humorum ad stomachum. Quod si uomitus sit creticus, tũc uel integre iudicatur, & sic natura relinquendus uel in aliquo deficit & tunc in eo quod deficit supplere oportet si uero superfluat compescendus est. Vomitus uero symptomaticus uel ex stomacho prouenit, uel ab alijs membris aliunde deriuatur. Si primo tunc intentiones medendi erunt tres. Prima euacuatio humoris in



uentriculo contenti. Secunda est stomachi intemperies corrigenda simulq; stomachus roborandus. Tertia est diuersio ne fluant ab alijs membris humores & accidentium correctio quæ omnia etiam supra relata sunt. Si ab alijs membri proueniat uomitus, similiter in primis euacuandum deinde diuertendum & membra tam mandantia quam suscipientia roborandum, ut alterum ne mittat, & alterum ne suscipiat prohibeamus & c. Vomitus igitur si nõ fuerit qualis esse oporteat, tunc si sanguis cum alijs humoribus peccauerit, seccanda erit uena communis, maxime etiam si ex suppressione menstruum & hemorrhoidarum proueniat. Si uero a sanguine peccet alij humores tunc facta aliquali preparatione sicuti in bile peccante cum oxysachara syr. de agresta de granatis de citro de limonibus de endiuiâ de citonijs de papauere cum aquis endiuiæ plantaginis lupulorum & c. in pituita cum rhodomelle syr. de absinthio de menta de bisantijs de fumoterra de epithimo cum aquis mente absinthij & c. Fiat euacuatio in bile cum rheubarbaro myrobalanis cit. pillulis alophanginis, in pituita cū rheb. et myrobalanis cheb. agarico & c. reuulsio fiat ut dictum est cum cucurbitulis natibus ac coxis astixis cum ligaturis iuncturarum cum locionibus pedū cum prostratione urine & sudoris. Fluxus etiam interceptitur, uias obstruendo, humores incrassando et uentriculum roborando cum diacitomite & troc. de olibano rases & c.

Loci contentientes de cura uomitus.

Auic. decima tertia tertij, tra. 5. cap. 12. Sermo uniuersalis in cura uomitus est huiusmodi, ut qui generatur a corruptione administrationis cibi retificetur, & adiuuetur ex quibusdam confortantibus stomachum boni odoris calidis & frigidis secundum q. conuenit, & ille cuius causa est materia mala, aut plurima euacuatur illa materia cum ebibitis & chysteribus

clysteribus & minoretur etiam cibus et subtilietur & c. Gal.  
 1. de loc. aff. cap. 4. Igitur si ipsum quod molestat nil aliud quā  
 intemperies fuerit, calidam refrigerando & frigidam calefa-  
 ciendo illico hominem iuueris, maxime si uideris refrigeran-  
 tibus tum medicamentis tum uisus ratione hominem sanari  
 & caloricis ladi & c. Lege fusius Gal. 8. de compos. med.  
 per loc. cap. 1. ad finem, & cap. 3. ibi uomitus ob imbecillitatē  
 grauari stomachi oborti curantur, & c. Vide de his Arcul.  
 & Gordonium, & c.

#### Observationes in cura uomitus.

Hip. aphor. 4. aphor. 6. & 7. Graciles & facile uomentes  
 purgare superius cauentes hyemem, uomentes uero difficul-  
 ter & mediocriter carnosos per inferiora, cauentes astatem.  
 B. quomodo & quibus conueniat uomitus habetur ab Hipp.  
 in lib. de salubri dieta text. 17. ubi inquit uomitus hoc modo  
 irritare oportet homines obesi, ieiuni uomant currendo, aut  
 celeriter eundo, gracilliores & imbecilliores a cibo uomitū  
 prouocent. Lege etiam text. 20. & 22. eiusdem & uide in com-  
 men. latius Galenum.

Gal. lib. de seci uen. ad finem, caue ne noxam stomacho in-  
 feras nam stomacho lesa multae alie corporis particulae le-  
 dentur & c.

#### Observationes ante uomitum.

Ioan. Arcul. cap. de uom. & eliciuntur ex Auicen. quarta  
 primi. cap. de uomitu, Insueti prius ad uomitū assuescant le-  
 uibus uomitiuis ne ad insueta tam cito fiat transitus. Secūdo,  
 Ante uomitum precedat uentris lenitio, & cibetur cibus di-  
 uersarum uirtutum mixtis ex incisuiis abstergentibus uisco-  
 sis dulcibus unctuosus acetosis & c. Tertio, Ante uomitum fac  
 quod extrema & stomachus sint calida & quod tempus sit  
 calidum in meridie & c.

## Observationes post uomitum

Ioan. Araul. finito uomitu lauet sibi faciem cum aqua rosacea, cui parum aceti sit admixtum, lauetq; os ex uino. Tardet cibum per duas horas & quum cibatur, tribuantur res boni odoris & suavis saporis paucae quantitatis facilis digestionis, uelocis penetrationis paucae superfluitatis, dormiat & non bibat & c.

Gal. 8. de compo. med. per loc. cap. 3. erit ob id curationis scopus ut simul ad affectas partes odoratas qualitates imponamus, quales aromatum sunt, nam quemadmodum graueolentia omnia stomachum subuertere solent sic odorata corroborare & c.

## Conferentia uomitui.

Conferunt uomitui, absinthium, acetum scilliticum, acetosa, omphacium alleum, alioes, anethum, anisum, aurata piscis, betonica, calamentum, castanea, cepe, citonium, citrum, corianderum torrefactum, grisonila, endiuiia, feniculum, phystici, garyophilum, malagranata acetosa, lupinus dulcoratus, mastix, melissa, myrtus, mespila, nux muscata, olibanum, origanum, pira, piper, poma, pulegium, pruna, rosa, rosmarinus, sumach, spica scenoanthos, tamarindi, uuae non recentes acetia, & c. Composita sunt alipta muschata nic. Antidotum emagogum nic. Aquae thermarum aluminosa, rosacea, aromaticum ros. mes. Confectio alchanzi mes. diacitomiten, diaolibanum nic. electuarium de myrto Auicen phylonium nic. cum posca, menta cum aceto, musc. almans. hiera picra, Gal. Pillule ar. obaly. rob de ribes, de acetosa de agresta acetositatis citri, de berberis de citonijs, cornuum, fructuum granatorum pironum pomorum, sy. de agresta de menta, de acetosa de succis, acetosus de citonijs mes. de fructibus, Auice, de citonijs de granatis de rosis, troc. de rosis de olibano almans. sotira nic. rosata nouella nic.

## De pronosticis uomitus.

Hip. aphor. 1. aphor. 2. In perturbationibus uentris & uomitibus spontinis si talia purgentur, qualia purgari oportet confert & leuiter ferunt, si minus contra. Et apho. 4. aph. 22. Morbis quibus libet incipientibus si atrabilis uel supra uel infra exierit lethale. & c. Et aphor. 7. eiusdem. Vomentes uero difficulter & mediocriter bene carnosos per inferiora timētes a statem. Et aphor. 6. aphor. 15. a longo alui profluuiio habito spontaneus uomitus superueniens morbum soluit. B. hic nota naturam esse medicorum magistram, nam retractionem edocet quam imitari debet medicus. Et aphor. 7. aphor. 3. a uomitu singultus & oculorum rubor malum. B. quotiescunq; uentriculus ab humoribus infestatur, uel per uomitiones uel inferne eos abiicit & statim a singultu liberatur, quum uero singultus nō desinit, duorum alterum significat, uel cerebrum, uel uentriculum non mediocrem pati inflammationem & c. Et aphor. 7. aphor. 10. Ab ileo uomitus singultus desipientia uel conuulsio malum. B. quia nil ad inferiora descendere sig. Et aphor. 37. eidem quicunq; euomunt sanguinem, si sine febre quidem salutare, si uero cum febre malum, curare uero acerbis & refrigerantibus. B. Intellige de uomitu qui a uentriculo tantum prouenit non a pulmone. Est enim salutaris uomitus quum nullius inflammationis suspicionem afferat præsertim si sine febre fuerit. Vide Gal. in comm. Hip. pronost. 2. cap. 7. uomitio utilissima est si pituita ac bile mixta quam maxime est, si non multa, non crassa est syncerior enim deterior est. Et tex. 39. si uomitio fuerit porracea, aut humida aut nigra, quodcumque ex his fuerit malum. Et tex. 40. Si idem homo omnes uomit colores exitiale admodum est. Et tex. 41. Vomitio liuida si graue olet ocysimam indicat abolitionē. Et tex. 42. omnis subputris ac fetidus odor in omni uomitione malus & c. B. Gabes rationes ex Gale. quæ syncerum deterius sit

per mixto & de alijs quæ tibi in legendo apertissima erunt  
 & c. Auice. tertiadecima tertij. tra. 5. cap. 8. Et ex nausea est,  
 quæ est signum crisis et quandoque est signum malum sicut in  
 febribus pestilentialibus. Et quum multiplicatur in conuale=  
 scentibus indicat conuersionem. Et in administratione uomi=  
 tus cum æqualitate est iuuamentum maximum. Et assiduatio  
 eius maxime debilitat uirtutem stomachi & facit eum lacu=  
 nar superfluitatum. Et uomitus quidem ceticus euadere facit  
 spasmodum, nam accidit febricitanti spasmodus aut epilepsia et stu=  
 bito euomit humorem ut flos æris & euadit. Et multotiens  
 uomitus sanat ex singultu clamoso. Et ex administratione uo=  
 mitus cum æqualitate conseruantur renes & curantur nocu=  
 menta eorum & nocumentum pedum & eruptio uenarum  
 & c. Et deterior uomitus est ille uomitus sanguinis, nisi secun=  
 dum necessitatem sit. Et amatur quidem ut administretur in  
 mense bis & melior horarum uomitus est quæ est post bal=  
 neum & cibum & c.

Authores dissentientes circa uomitum.

- 1 Adferere, uomitum quolibet tempore & in omni homine  
 posse tuto prouocari.
- 2 Adferere, uomitum non nisi a re grauante uel mordaci  
 irritari.
- 3 Adferere, in syncopi ex consensu uentriculi facta non con=  
 ferre uomitum.

Confutatio dissentientium circa uomitum.

Ad primum, Gal. aphor. 4. comm. 7. Cui imperandus est  
 uomitus oportet ut sit gracilis & facilis ad uomendum &  
 q. non sit hyems. & sic non quolibet tempore prouocandus  
 nec in omni homine. Nam mediocriter carnosos & difficul=  
 ter uomentes per inferiora, non per superiora purgandos  
 admonet & c.

Ad secundum Gal. 6. de sympt. cau. cap. 2. est & aliud cau-  
sarum genus quibus uenter ad uomendi impetum concitatur,  
nulla uel graui, uel mordaci re ipsum irritante, sed ob  
id duntaxat quod prater naturam quidpiam in eo cōtinetur.

Ad tertium dicitur q̄ est opinio Gal. 2. art. cur. ad glau. cap.  
14. q̄ prouocetur irritando stomachum, Itidem Auic. 2. 3. de  
cura syncopis, Item Haly abbas. 6. pract. cap. de syncopi & in  
hoc latret Auerois quantumlibet, uerum si syncopis cum sudo  
re fieret, hunc nequaquam fieri iubet. Auic. loco citato & c.

De corruptione concoctionis & eius imbecillitate.

Cōcoctio est secundum qualitatem quam nimirum uentri-  
culus facit, dum cibos sibi similes reddit alteratio, quæ trifas-  
riā leditur, uel omnino abolita est, et talis permanet cibus,  
qualis ingestus est uel imbecilla fit & cibus tar de concoqui-  
tur unde ἄσπευτος i. tarda cōcoctio a græcis dicitur, uel  
deprauata est & tunc cibus in alienam qualitatem permuta-  
tur unde ἀσπευτος i. cruditas appellatur. Cibus uero interdum  
& ipse ita corrumpitur, ut nullam concoctionem admittere  
possit, & nullum proprium nomen habet & c.

Loci consentientes de corrup. concoctionis.

Gal. 6. de sympt. cau. cap. 1. Concoctio est secundum quali-  
tatem quam nimirum uētriculus facit dum sibi similes cibos  
reddit alteratio & c. lege eum fusius.

Et tertio de sympt. cau. cap. 4. Alteratrix similiter uel om-  
nino abolita est quum cibus secundum omnes qualitates talis  
permanet, qualis assumptus est, Imbecilla quum tar de conco-  
quit, Deprauata quum in alienam qualitatem cibi permutā-  
tur & c. lege eum fusius, Lege etiam. 6. de symp. cau. cap. 1. ibi.  
At bisariam uitium fieri potest, aut enim tar de alterantur  
cibi, ut uix propriam transmutationem suscipiant, aut cor-  
rumpuntur omnino ut nullam concoctionem admittant, illud

*Apoc. v. 11.* Hoc uero nullum proprium nomen habet, *Vi-*  
*de Auic. 13. 3. Tr. cap. 1.* ibi et cibus aut conuertitur ad id quod dige-  
 ritur digestionem integram, aut conuertitur ad id quod dige-  
 ritur digestionem aliquam non integram etc. lege eum *fufius*.

De caulis corrupti. concoctionis ac eius imbecillitatis.

Cause primitiue imbecillitatis concoctionis sunt aer cor-  
 ruptus fetidus, uaporibus malis admixtus, similiter uentricu-  
 li uel alicuius membri sibi compatiens caliditas nimium  
 dissoluens, aut frigiditas calorem natium extinguens, Cibus  
 qui sua qualitate mala, aut sua quantitate confici non potest  
 aut quia intempestiue, aut non recto ordine, aut quum diuer-  
 simode ingeritur, Potus similiter quum bibitur plusquam ad  
 cibum spectet, Coitus a cibo, & accidentia animi immodera-  
 ta spiritus comouentia & c. Cause antecedentes & coniuncte  
 per se sunt, mala uentriculi compositio, mala figura, ut si fue-  
 rit maior uel minor quam deceat, uel figure rotunde, quum  
 naturaliter oblonga fit, causa similiter erit lapsus ad frigidam  
 & siccam intemperie, & humores cuiuscunq; generis in uen-  
 triculo superfluentes, Per consensum a toto fit etiam imbecil-  
 lis concoctio sicut in febribus hydrope, crisi, & c. a parte ut le-  
 so cerebro splene hepate & c. Cause corruptionis uel erunt  
 in uentriculo, uel in cibus aut in rebus superuenientibus, Si in ue-  
 triculo, uel fiet per proprios uentriculi morbos ex quibus corru-  
 ptio ciborum sequitur sicuti ex solutione continui ex eius infla-  
 matione & c. Si in cibus uel corruptio fiet per suam malam  
 qualitate, uel uaporosam uel acidam, aut fetidam aut putri-  
 dam & c. uel per suam quantitatem ut dictum est & c. In re-  
 bus superuenientibus sicuti ab errore externo accidente, uel  
 a uitiosis humoribus in ipso cumulatis.

Loci consentientes de caulis.

*Gal. 6. de sympt. cau. cap. 1.* causa cois est alteratricis poten-

na a scopo aberratio, fit autem bifariam, uel a potentia ipsa affecta, uel ab externo errore, Potentia rursus bifariam laeditur uel per suam ipsius essentiam, aut per aliquem instrumentorum morbum, error triplex est, uel a uentriculi excrementis aut a cibus, aut dormiendi tpe, Per suam essentiam ex intemperie quadam agentium qualitatum, Per instrumentorum morbos per erysipelata ædemata phlegmones scirrhus abscessus & pp alios morbos simplices & compositos in uentriculo existentes quibus male uentriculus concoquit lesa existentes eius potentia interdum etiam animal non concoquit, aut ob immodicam ciborum potuumq; quantitatem aut prauam qualitatem, aut quia intempestiue, aut non recto ordine ingerantur & c. Lege Gal. 1. de loc. aff. cap. 3. ibi, corruptionis ciborum tres sunt differentie & c.

Auc. 13. 1. cap. de corrupt. dig. Et ad sumum causa in hoc aut est cibo aut in receptore cibi aut in rebus accidentibus si peruenientibus eis & c. Vide eum fusius nam ibi omnes cause recitantur que nuper a medica sunt & c. Vide etiam Gale. 3. de loc. aff. cap. 6. ibi quia concoctionis opus & c. ibique intelleges q. digestio fit in fundo uentriculi sicuti in eius ore ipse appetitus & c. Lege etiam Arcul.

De signis corrupt. concoctionis ac eius imbecillitatis.

Indicia debilis concoctionis cognoscuntur ex grauitate ex tensione & ex mala cibi tollerantia, Cognoscuntur etiam ex uisu & patientis relatu ex uentositate ex rugitu ex mora cibi in stomacho, ex pauca corporis refectioe, facieiq; pallore & ex multo sputo, Signa diminute concoctionis sunt si post decimam horam rursus odorem malum redoleat, Signa corrupte sunt si ni dorosum fetidūq; aut aliam non consuetā qualitatem sapiat, Signa mala temperaturæ & male compositionis soluti; continui ex dolore & ex his que de uomitu



dicta sunt iam patent, Intemperiem uero frigidam, & humidam attestantur, sitis modica sapor insipidus acidus rufus, color lingue albus pallor uultus cum albedine, Calida uero & siccam, demonstrat sitis asidua, sapor oris amarus & ructus foetens nidorosus, color lingue flauus, pallor cum flauitie, Attestantur esse in stomacho flatum, Rugitus & extensio, Signa corrupte concoctionis & materie corrupte, sunt fetor, sapor inconsuetus & horribilis Nausea uomitus singultus & syncopis, Vbi uero mora fuerit plurium dierum et non continuo hec adsint, aliunde materiam prouenire indicium certum est & c.

Loci consentientes de signis corrupt.

Gal. 6. de sympt cau. cap. 1. Corruptiones nidorose sunt a calidioribus & biliosioribus, Acida a frigidioribus et magis pituitosis, Acidus quidem creant que pituitosa sunt et frigida fumosas que calida & biliosa, & paulo post. Tardas et iam concoctiones cibi difficulter corruptibiles faciunt, si ultra quam uires tollerant sumantur similiter & uigilia & c. lege locum fusius, Auic. 13. 3. Tr. 3. cap. 4. Illam que leuis est significant grauitas & extensio & remanentia cibi in stomacho longior & c. Vide Auic. fusius hic & in cap. de corrupt. digestionis similiter Arcul. Cord. & ceteros praticantes et habebis quecumq; a me recitata sunt, & c.

De cura corrupte concoctionis & eius imbecillitatis.

Considerandum an per se uel per consensum ab alijs partibus afficiatur stomachus, si per se, tunc si a modica repletionis fiat, per somnum longum sanabitur. Si uero a multa repletionis, tunc educto per uomitum cibo iam corrupto cum alijs humoribus admixtis, primum stomachi discrasiam per sui contrarium curato, & causas que alteratricem facultatem debilitant auferro uentriculumq; roborato, Vnde in causa fri

gida roboratur uenterculus simul; materia præparatur cum  
 syr. de absinthio de Mëta cum miua citoniorū aromatica,  
 cum rhodomelle, cum aquis absinthij mentæ, Roborant etiã  
 uentriculū plurimæ confectiones sicut Aromaticum ros. Dia  
 gallanga, Diaciminum, Diatrionpipereon &c. In causa ca=  
 lida primum facta euacuatione uel per uomitū uel per seces=  
 sum, materie præparatio fiet cum syr. rosaceo & alijs quæ  
 supra in cap. uom. memorata sunt, At si per consensum mor=  
 bus fiat, tunc quod transmittit membrum corrige per euacua=  
 tionem & reuulsionem, & stomachus ne humores aliunde  
 fluentes recipiat, roboretur, & sui demū intemperies per=  
 mutetur res; non naturales in contrarium ordinetur. &c.

Loci consentientes de cura corruptæ concoction. &c.

Aet. ser. 9. cap. 24. Si a ciborum corruptione fiat cruditas,  
 statim per uomitum tollenda est corruptio, Quod si quis na=  
 tura difficulter euomat enemate succuratur, Si a defectu uen=  
 triculi cum his quæ concoctionem adiuuant curato &c.

Auice. 13. 3. tra. 3. cap. 5. Cum fuerit debilitas digestionis a  
 causa leui aut a repletione antecedente non plurima, tunc suf=  
 ficit in ea longitudo somni &c. lege eum susus, Lege etiam  
 cap. 7. ibi primum est ut educatur corruptum in stomacho  
 cum uomitu aut solutione uentris, et rectificetur regimē &c.  
 lege eum ulterius et inuenies quodcumq; dictū est, lege Arcul.  
 & Mar. Catinarium &c.

#### Observationes in cura cibandi.

Aet. ser. 9. cap. 24. Ad cauendam cruditatem præuidere de=  
 bemus ut neq; in multitudine, neq; in qualitate eorum quæ  
 in cibo accipiuntur, neq; in acceptionis opportunitate neq; in  
 ordine delinquat sed quæcumque concoquere ualeat ea tantū  
 ingerat &c.

Auic. 13. 3. tra. 3. cap. 7. Caue a frigidis subtilibus quoniã sub

tilia corrumpuntur in eorum stomachis, non uomat ante cibum, ne stomachus debilis fiat, sumatq; res stomachum roborantes & c.

### Observationes in topicis.

Gal. 8. meth. cap. 5. Quæcunq; applicantur stomacho sint ualde calida, nam tepida firmitudinem uentriculi dissolunt, & talia in duplici uase calefacienda sunt ne eorum facultas uicietur & c. Nota etiam quæcunq; dicta sunt de uomitu circa stomachum supra & c.

### Conferentia concoctioni & stomacho.

Conferunt stomacho & concoctioni proficiunt hæc simplicia calida & sunt Absinthium, Agaricus, Aloes, Calamentum, calamus aro, cardamomum, cinnamomum, ciperi, nuces cupressi, citrum conditum phistica, galanga, gallia, Gariophilum, grana pini cum zuccharo, Macis, Mastix, laudanum, mentha, oliuæ, olibanus, oua passule, Rheub. Scoria ferri, uinum, xyloaloes, & zuccharum, Composita calida sunt, aromaticum ros. garyophillatum, diamicinum, confectio Alexandrina, confectio de xyloaloes, de galanga, de citonijs, de Scoria ferri, Cerotum Alexandrinum Mes. emplastrum diaphinicon, oleum masticinum, de absinthio de menta, pilule stomaticæ, aloephangine, syrup. de absinthio, de menta de fumo terre, de cort. citri, Tyriaca magna, Triphera minor, Troc. de ros. de absinthio, Hiera Gal. Simplicia frigida sunt acetosa, Acetum, Agresta, aqua calibeata, Belirici, Berberis, citonia, corallus, Coriandrum, Emplici, endiuia, Cicorium, Vinum & aqua extinctio nis ferri, granata, Karabe, chebuli, lactuca, Myrobalani, Mirtus, Nespila, persica, poma, pruna damascena, ribes, rosa, Sorbasumach, smaragdus, pdix, pellicula interior stomachi gallinarum cap. uen. coriandrum & c. Composita frigida sunt, Diacitonicen, Diarhodon, electuarium de sorbis, rob de ribes, de

berberis de sumach, de citonijs, de piris de pomis, de granatis, de citro. syru. de pomis, de citonijs, de Myrto, ros. Zucharrum ros. oleum citoniorum, ros. & c.

De pronosticis corruptæ cōcoctionis et eius imbecilli.

Auic. 13. tract. cap. 3. Quandoque perducunt debilitas digestionis & conuersio cibi ad phlegma ad tremorem & frigus extremitatum & cōmotionem paroxysmi febris uerum pulsus nō est pulsus ut in initio febris. Et dicitur in libro mortis uelocis qui habens nauseatiuam facietatem et tarditatem digestionis, bothor apparens niger super oculos eius simili ciceri, & rubet pars eius & uiridis fit pars alia tunc ipse moritur in. 17. Gale. 6. de Sympt. cau. cap. 2. Quum coctionis gradus quatuor enumerentur primus fit in uētriculo. 2. in uenis, 3. in qualibet parte. 4. qui alterationis species est assimilatio dicitur, Porro concoctio uel omnino deficit, uel deprauata est, si deficit, corpus assumpto cibo non pascitur & fit atrophia. Si deprauata est fiunt uutiligines leucas & elephas uide eum fufius, Auic. 13. 3. tra. 3. cap. 1. sanguis qui non est digestus digestionē conuenienti naturæ non recipitur a membris sed putrefit & fetet, nec fit ex eo nutrimentū, nec bona assimilatio unde non mirum si sequatur lysteria hydrops scabies & c. Imo corrupta digestio in conualescentibus semper recidiuam pronuntiat & c.

Authores dissentientes circa coctionem.

- 1 Ad serere, hominem posse uiuere naturaliter pluribus diebus sine cibo.
  - 2 Ad serere, a siccitate & humiditate absque alijs qualitatibus actiuis coctionem ledi.
  - 3 Ad serere, posse assignari tēpus moræ ciborū in stomacho.
- Confutatio dissentientium circa concoctionem.
- Impugnat primum Gentilis & experientia nam quum re

citasset ex Alberto uetulam in lombardia uixisse per. 40. dies sine cibo, ipse inquit hæc difficilia sunt in homine apud me, nam tales humores deberēt potius putrefieri & carere regimine naturæ quam nutrire & c. Vn de naturaliter loquendo non solum impossibile est, sed etiam non credendum & c.

Ad. 2. Auic. de noc. digest. Verum sicca & humida non perueniunt ad hoc secundum plurimum, ut appareat ex eis solis cum æqualitate ambarum aliarum qualitatatum nocumentum in digestionem, igitur non ledunt absq; alijs qualitatibus.

Ad 3. quum diuersimode loquuti sint auth. de hac re idcirco difficulter tale tempus assignari impossibile existimo nam Auerrois dixit q. tempus moræ est. 16. horarum gentilis. 10. horarum. Auic. de cur. feb. phlegmat. inquit hora cibi sit post paroxysmum teporem, & eradicationem eius, & ante paroxysmum ad minus quatuor horis, ubi concludi posset q. stomachus in spatio quatuor horarum sit a cibo uacuus, nã superius dixerat, caue ne occurrat paroxysmus nisi uentrem habeat uacuum, & c.

#### De appetitu canino.

Quum appetitus ad naturalem actionem pertineat, non ad animalem ut ipse Gale. ad appetitum necesse est ut præcedat inanitio, deinde inaniarum partiū naturalis appetitus, hunc mox sequitur uentriculi per uenas suctionis, deinde suctionis sensus qui est fames, denum animalis appetitus omnium ultimus hic erit duplex alter ad cibum & est appetitus calidi & siccī, alter ad potum & est appetitus frigidi & humidī, quorum uterq; trifariam aboleri potest, si uel suctionis sensus pereat, uel suction non fiat uel corpus non inaniatur, unde dicimus q. appetētia, uel est abolita, uel imbecillis uel deprauata. Abolita quum nihil quis appetit, imbecillis quū in appetendo deficiat. Deprauata quum immoderatam cibi potionisq; exhi

bitionē appetat, aut ad alienæ qualitatis desiderium uertitur. Appetitus igitur caninus erit plurium, quam possit diger intē sior appetentia, a cuius assumptione animal non satiatur, alienam qualitatem appetere est ac si ea quæ secundum naturam non sunt, quis appetat, qui morbus a Galeno citta. 1. pica siue malacia, eo quod utero gerentes mulierculas infestet, uocatur, ita, ut carbones extinctos & testas & similes absurdos cibos appetant & c.

#### Loci consentientes de appetitu canino.

Gal. 4. de symp. cau. cap. 7. de his longiori sermone de his pertractat quem fusius uidere poteris, facit etiam mentionem de appetitu canino. 6. de loc. aff. cap. 2. ibi, qui canina appetentia uexantur & c. Et. 5. de loc. aff. cap. 6. locus affectus demonstratur, ibi, Quæ aut canum moræ & c. & est os uentriculū deuoratorum pondus sustinere non ualens & c. Similis etiā sensus habetur in comm. aphor. 20. lib. 2. Vide etiam latius Auic. tertia decima tertij, tex. 8. cap. 10. de corruptione appetitus, & Aet. ser. 9. cap. 20. & 23. de uitioso appetitu uide etiā Arcul. & alios & c. De causis appetitu canini.

Causæ quæ caninum appetitum excitant sunt plures quādoq; excitatur hic appetitus post diuturnas euacuationes ac febres prolixas, interdum a uirtute retentrice corporis, quādoq; a uermibus cibum assumptum deuorantibus, interdum a catharrho ad uentriculum stillante, sed ad sumum tres erunt præcipue causæ frigiditas, s. cogens ac exprimens, caliditas resoluens & inanitio consumans, frigiditas erit uel acida pītuita uel a melancholia & c.

#### Loci consentientes de causis appetitus canini.

Auic. 13. t. 2. cap. 12. Multotiens excitatur hic appetitus caninus post euacuationes & febres prolixas resoluentes & quandoq; accidit ex debilitate uirtutis retentiuæ in corpore,

Et quando; propter caliditatem superfluam in ore stomachi resoluentem & c. lege locum hunc fufius: Gal. 4. de symp. cau. cap. 7. Canina appetentia binæ sunt causæ quarum una est acidorum humorum uitium. altera est plurima per totum corpus inanitio. siue ipsa caloris uim sequatur, siue reëtricus facultatis imbecillitatem & c. Habes etiam in 2. apho. comm. 21. q. canini appetitus uel propter solam intemperaturam frigidiorē, uel propter humores acidos quos exorbuīt os uentriculi fiant. Similis sensus habetur a paulo li. 2. cap. 51. & ab Aet. ser. 9. cap. 21. & 22. sed latius consule Gal. loco citato, nā præter alia, plura exempla affert de siti immodica. sicuti de messorē qui uinum in quo uipera extincta fuerat bibit et mortuus est. item de eo qui ex ueteri uino inebriatus et de his qui in nauī aquam marinam bibere ausi sunt, & de quodam febre ardentī laborante & c. quorum causa erat salsus uel biliosus humor uentriculū mordicans quod uero uermes sint causa appetitus canini, legere poteris non solum Auic. sed & neotericos omnes & c.

#### De signis appetitus canini.

Signa humorum acidorum in uentriculo sunt multa deiectio eorum quæ deuorata sunt. Signa inanitionis sunt ipsius habitus exacta inanitio, nec cibus per totum corpus distribuitur. Signa frigiditatis sunt eo quod nulla uel parua adest sitis. copiosa adest deiectio, adest etiam fames assidua, & cibi assumpti grauitas, flatu multiplicatio, praua concoctio cum singultus copia. Signa caliditatis sunt sitis uehemens, corpus non impinguitur, nec quicquam per uomitum uel per secessum excernitur & c.

#### Loci consentientes de signis appetitus canini.

Gal. 4. de symp. cau. cap. 7. canina appetentia si ab acidis humoribus fiat cognosces quia eorum quæ fuerunt ingesta,

multa fiet deiectio, si ab inanitionem quia per habitus exactam inanitionem cibus per corpus non digeratur &c. Razes. 9. almans. si cibus nec eum grauat, nec ipsum euomit, nec per secessum expellit, signum est a ui caloris morbum fieri, si uero assidue famem patitur & cibus post assumptionem grauat ita ut uel uomere, uel per secessum reijcere necesse sit, signum est morbum a frigore oriri &c. Lege etiam Act. ser. 9 ca. cit. Auic. 13. tra. 2. cap. 13. Signum eius quæ fit post euacuationes & egritudines est antecessio earum &c. Signa eius quæ fit ex frigore sunt paruitas sitis multitudo fecis inflatio &c. Signa ex caliditate sunt fortitudo sitis & non est uomitus acetosus et natura est ut plurimum cõstricta &c. Signa eius quæ fit ex debilitate uirtutis retentiue est multitudo egestionis crude &c. signa ex humore acetoso aut melancholico sunt paucitas appetitus et acetositas eructationis &c. Vide Arcu. etiam & alios practicantes &c.

#### De cura appetitus canini.

Omni operam dabis in remouenda causa, nam si fiat post euacuationes & febres prolixas tunc rescipientibus unguentis quæ os stomachi mundificant, opus est, sicuti e elegma est ex oleo amygdalino dulci cum zuchcharo paratum. Si fiat a retentricis facultatis imbecillitate, tunc per contrarium eius complexionis curato, ut si humida cum ficcis si calida cum frigidis &c. Si fiat a catharrho tunc cura erit prout dictum est in capite destillationum. Si uero fiat ab acida pituita quemadmodum sæpius fieri solet, tunc ijs potissimum utendum est quæ incidat ac repurgent, ut sunt dulcia salsa & alioqui abstergentia calida, qualis est hiera Gal. deinde uinum dulce. Profunt etiam calida pingua sicut butyrum cum brodijs pinguibus cinnamomo garyophillis & croco paratum. Si uero fiat a uermibus conferunt ea quæ uermes interficiunt, deinde



utetur stypticis. Si fiat a calore plurimo resolvente, remoue cum frigidis tam intrinsece quã extrinsece applicitis porros carnis obstructiuis ut cum oleo mirtino ros. & c. abluanturq; aqua frigida & aceto nisi quid prohibeat, cibi uero sint frigi di crassi uiscosis quales acidi acetosi & congelati, unde confert etiam in hoc casu panis azimus & similes cibi & c.

Loci consentientes de cura appetitus canini.

Auic. decima tertia tra. 2 cap. 14. Verum illos quibus accidit hoc post febres fortes & euacuationes oportet cibari ex unctuosis quæ mundificant os stomachi quæ nõ sint male substantiæ, quale est oleum amygdalarum dulcium cum zucchero & c. Illis uero qui patiuntur ex debilitate uirtutis retentiue licet secundum plurimum debilitetur propter frigus, tamen debilitatur omnis uirtus propter omnem malitiam complexionis, idcirco oportet ut cognoscas complexionem & opponas cum contrarietate curæ. & c.

Hip. apho. 2. apho. 21. Famem εὐγυστis .i. uini potio soluit. Gal. in com. inquit pro fame intelligi debere, non naturalem quæ ex longa inedia, aut ab alia euacuatione facta sit, sed tantum appetentiam caninam quæ uini potione & cibus pinguis & oleaginis curatur, quia hoc symptoma plerunq; fieri solet a frigida intemperie sue nuda, sue humoribus imbuta, unde uinũ calefaciendo excludit humores et stomachi intemperiem emendat.

#### Obiectio.

Videtur hoc in loco Auic. discordari a Gal. 1. in ordine assumendi, nam Gal. uino præmittit pinguia, Auic. pinguis uinum dum inquit ipsum sanat sumptum in potu calefactum in ieiuno. Præterea, Auic. non semper laudat uinum ut Gale. maxime si adsit uentris solutio, quum dicat oportet ut omne uinum tunc deuitent & c.

#### Responsio.

Dicimus uinum tantum conferre post pinguia, uomitus ratione,

tione. sed ad resoluendum humorem uiscidum. ieiuno stomacho ut Auic. In reliquis uero sunt concordēs si bene considerentur. Paul. lib. 2. cap. 51. Quoniam igitur a pituita potissimum acida constituitur affectus, ijs utendum est quæ hanc acidant repurgent; ut sunt dulcia salsa & alioqui abstergentia calida & c. Aet. ser. 9. cap. 22. Nullo alio tutiori medicamento expurganda est acida materia quam picro appellato pharmaco, quod non tantum calefacere sed disseccare repurgare extrahere; ex profundo oris uentriculi, quin & uentri robur addit, ne facile humorem nociuum suscipiat, appetitus uero quia fortitudine caloris prouenit, non hoc medicamento, sed ijs tantum indiget quæ cutem condensare ac spissiore reddere possunt ut est oleum ex immaturis oliuis expressum. absterneant a potu uini & ab omnibus quæ tam intrinsecus quàm extrinsecus calefacere possunt & c. Lege Auic. ibi & similiter cura eius est, quæ accidit propter resolutionem plurimam & c.

#### Conferentia appetitui canino.

Conferunt canino appetitui omnia pinguia, uinum, diacimum diatrio pipereō electuarium aggregationis. Auic. 3. 5. electuarium purgamenti ferri haly. 14. antid. tyriaca serap. Hieralagonion haly. 7. antid. hiera picra, Galen. & c.

#### De pronosticis appetitus canini.

Auic. 13. tra. 2. cap. 12. Et scias quod appetitus caninus multotiens perducit ad bulissimum & subet & mortem & c.

Gal. 4. de sympt. cau. cap. 7. Non mirum si affecto ore uentriculi ubi appetentia consistit, quandoque dolores et animi defectio sequatur, nam tum ob exactam sentiendi uim tum ob situs uicinitatem hoc contingere potest & c. imo ex neruorum aut arteriarum consensu cardialgia, morbus comitalis, grauis sopor & deliria consentiente cerebro eueniunt & c.

Hip. aphor. 5. aphor. 27. qui noctu bibere appetunt. ijs ad-

modum sitientibus, si super dormierint bonum & c. B. quia  
conquiescit per somnum subdescendit id quod sitim efficiebat.  
Et nota q. qui ex humidi d. effectu ualde sitiunt, ijs dandus est  
potus nā succurere deffectui est inquit Gal. medicinale theo.  
Vide tamen de siti in lib. de febris infra & c.

## De bulimo.

Bulimos est intensus membrorū appetitus cum deiectione  
appetentia stomachi, unde uenæ fiunt uacua sed stomachus  
respuit ac aborret cibum, & c.

## Loci consentientes de bulimo.

Auic. decima tertia tra. 2. cap. 15. bolismus uocatur fames  
uacina & est membrorum fames cum sacietate stomachi &  
uenæ quidem sunt uacua & stomachus cibum respuit, & c.  
Gal. apho. 2. com. 21. Passio bulimos appellata est casus poten-  
tia appetitricis a frigiditate exteriori, qui a fame quidem in-  
choauit, sed non habet amplius eam adiunctam & c.

## De causis bulimi.

Cause primitiua sunt motus per loca niuosa & frigida,  
uel mala uentriculi intemperies, uel eius imbecillitas uel fri-  
gidas uirtutem attractoriam & sensibilem mortificans si-  
militer & inanitio & c.

## Loci consentientes de causis bulimi.

Gal. 4. de sympt. cau. cap. 7. Accedit ad hoc bulimos. i. uehe-  
mens fames quæ fit quum simul penuria imbecillitate & re-  
frigeratione uentriculus afficitur & c. Auic. 13. tra. 2. cap. 15.  
Et multoties accidit iter agentibus in frigore & congelatis,  
quorum stomachi ex frigore uehementi inspissantur et causa  
eius est malitia complexionis mortificans uirtutem sensibilem  
& attractiuam & fit ex humoribus & c.

## De signis bulimi.

Signa bulimi recitata sunt supra capite de appetitu cani-

no, nam communia propemodum sunt. De his uide Gale. lib. de sin. med. ibi bulimos est ingens fames & est dispositio in qua fit cibi inquisitio ex paruis interuallis, qui hac detinentur, resoluuntur & concidunt, decoloresq; fiunt, perfrigescit ijs extrema corporis & torquetur stomachus, uixq; pulsus percipitur &c.

#### De cura bulimi.

Quum morbus fiat a frigore exteriori curetur cum calidis aromaticis in quibus adsit stypticitas, deglutiantq; panem infusum in uino odorifero cretico, deinde fiat aliqualis diuersio ligando extrema manuum & pedum. Somnus interdicitur pungantur ac suscitentur cum urtica & uirgis paruis suauiter flagellentur fiantq; emplastra circa regionem uentri culi ex odoriferis ac cordi congruentibus et si aduenerit syn copis, tunc spargatur eorum facies ex aqua frigida stringanturq; manus ac pedes, euellanturq; capilli quum uero syncopis desinit, statim cibentur &c. In causa calida utantur frigidis uelut rosa. Nymphaea uiola coriandro preparato sandalis cāphora, fiantq; epithemata frigida ex aqua ros. nenupharis cū sandalis &c. Cibaria sunt boni nutrimenti cum omphacio cōditi. Potus sit uinum granatorum cum iuleb ros. ungetur. etiā stomachus cum oleo ros. myrtino &c.

#### Loci consentientes de cura bulimi.

Auc. 13. tertij. tra. 2. c. 17. Est cura casus appetitus & oportet, ut odorentur cibi promouentes appetitum habentes species & fructus odoriferos & aromatica odorabilia, in quibus est stypticitas ut congregetur uirtus, et deglutiant panem infusum in uino odorifero &c. uide hunc locum fusius & omnem curam intelliges. Lege etiam Aet. ser. 9. ca. 20. de cura perditionis appetitus, nam ambo hi morbi similiter coincidunt &c. uide etiam Arcul. & Marc. cat. &c.

## De pronost. bulimi.

Aet. ser. 9. cap. 6. *Asidui bulimi & exoluunt & in animi deliquia incidunt quibus egre auxilium reperitur.* B. Nota q. *synopsis ex bulimo tum ob corporis inanitionē tum ob oris uentriculi nocumentum cui cor compatitur, accidere solet, quæ si longo durauerit tempore plerunq; egros ad interitum perducit etc.* Intellige etiam de bulimo quacunq; dicta sunt de pronost. appetitus canini.

## Auctores dissentientes circa bulimum.

- 1 Adserere, idem esse bulimum & appetitum caninum.
- 2 Adserere, uinum in quolibet appetitu canino conferre.
- 3 Adserere, cibaria crassa tantum in bulimo et appetitu canino competere.

## Confutatio dissentientium circa bulimum.

Ad primum respōdetur q. definitiones utriusq; datæ sunt, quæ manifestant non idem esse. Præterea Gal. apho. 2. comm. 21. in fine eos reprehendit dicens q. pro generali & uniuersali faciunt specialem & particularem, Præterea bulimos tantum a frigiditate exteriori fieri potest, & non appetitus caninus, Demum bulimos incipit cum fame, sed perseverat sine fame, quod non facit appetitus caninus &c.

Ad secundum Gal. eodem in comm. talem famem uini portio sanat, non autem eam quæ ex longa inedia, uel alui profusio aut fluxu sanguinis aut alia aliqua facta euacuatione &c.

Ad tertium respondetur q. & si cibaria crassa eo q. magis sedent appetitum, uideantur congrua, nihilominus tenuia danda sunt, tum quia uirtus imbecillus est, tum quia facilius per membra distribuuntur &c.

## De dolore stomachi &amp; eius flatu.

Dolor stomachi est eius quidam tristis sensus a mala intentione nuda uel materiali, aut a soluta continuitate proveniens,

cuius cause primitiue sunt percussio casus offensio stomachi uel membri consentientis ut cerebri nerui intestinorum, uel regimen cibi inordinatum uel aliarum reru non naturaliu. Cause antecedentes sunt nuda intemperies uel cum materia acri et mordicante, uel a sanguine pituita, aut potus aque frigide, aut flatus extendens, aut soluta continuitas sicut ab ulceribus uel ab aliquo abscessu. Cause cõiuncte sunt ipsi humores uel reliqua dolorem stomachi actu efficiencia & c.

#### Loci consentientes de caulis dolori stomachi.

Auic. decima tertia tertij. tra. 2. ca. 1. Dolor stomachi accidit aut propter malitiam complexionis absq; materia aut cū materia & proprie acuta mordicatiua, aut propter solutionem continuitatis ex causa uentosa extensiuā aut mordicatiua adusta, aut aggregatiua ambarum rerum simul sicuti est in apostematibus calidis & c. lege eum ulterius et inuenies etiā causas quor dolor accidat ante comestionem et sedatur quum comeditur & c. Consule in hoc etiam Arcul. 9 almans. Gal. 6. de sympt. cau. cap. 2. spiritus in uētriculi spatij oriri solet quū humores pituitosi ibi contenti uel cibi ab imbecilli calore in uapores resoluuntur, Nam ut absolutum frigus uaporem non excitat, ita calor magna ex parte que comprehendit uincens plusquam pro uaporis generatione cibum extenuat, nisi forte suapte natura in flatum transeat, quare relinquitur q; a calore imbecilli cibos non omnino conficiente, sed quodammodo dissolvente, flatus siue spiritus exoriatur & c. Lege etiam fusius Gale. de causis flatus. 14. meth. cap. 7. ibi Porro halituosum spiritum in animalis corpore ex succis & c.

#### De signis doloris stomachi.

Signa bilis sunt mordicatio, dolor pūctorius, sitis, oris ficitas atq; amaritudo. Signa pituitae sunt oris salsedo præsertim si salsa fuerit pituita, inflatio grauitas sensibilis aliquan-

do frigiditas, interdum fit sitis ratione doloris & clamoris.  
Item adest uomitus pituitosus, pallor faciei & c.

Signa flatu sunt eructatio rugitus, ructus sunt uel strepitus  
extenso in hypocondrio, iuuatur per emissionem strepitus,  
dolor permutatur frequenter. Signa apostematis sunt appeti-  
tus destructio, eminet in parte exteriori, praesertim si fuerit  
circa os uentriculi, si uero fuerit in fundo, concoctio destrui-  
tur, nec apparet eius eminentia, adest febris & c. Cognoscun-  
tur ulcera ex sanie & reliquis exeuntibus & c.

#### Loci contentientes de signis doloris itomachi.

Auic. decima tertia, tra. 2. ca. 2. Et mordicatio cum inflatio  
ne est significatio materiei calide propter qualitatem acuta,  
uel salsam, si mordicatio non est stabilis immo renouatur si-  
gnificat effusionem cholerae ex hepate & c. Et signa ex uen-  
tositate sunt eructatio & rugitus & extensio in hypochondrijs  
& c. de his consule Arcul. fufius. Gale. 6. de sympt. cau. cap. 2.  
Cognoscitur flatum esse in uentriculo quoniam si per os reijci-  
tur facit fructum, si per inferiores partes, flatum reddit uel  
strepentem uel sine strepitu, quod si per neutram partem de-  
feratur symptoma uentriculi efficit, ob imbecillitatem non  
potentis spiritum redundantem & nebulosum expellere & c.  
lege hoc totum caput, nam ex flatu acuto ac tenui sono et simi-  
liter ex bombosis diuinare te docebit qua ex parte status pro-  
cedat, & alia ad rem facientia, lege etiam neotericos & c.

#### De cura doloris itomachi.

Diuersimode curabitur dolor prout causa efficiens fuerit,  
nam si nuda ac sola intemperies mala sit in causa tunc sola  
alteratione per contrarium curabitur, si uero materialis intem-  
peries in causa fuerit tunc curandi intentio quouis intentioni  
bus perficietur. Prima erit circa regimen sex rerum non na-  
turalium, ita ut in contrarium cause omnia adhibeantur, ut

in calidis frigida et econuerso. Secunda est doloris mitigatio  
 que statim in opus dirigēda est. quum stomachus sit membrū  
 sensitiuum, ex cuius lesione facile totum corpus compatitur.  
 Hęc duobus modis perficitur, Primo abscondēdo doloris cau-  
 sam, & hęc fit cum solutiuis & sectione uenę quod si mate-  
 ria nimis stomacho adherat ac fixa & compacta persistat,  
 ita ut aliqua præparatione indigeat præparanda tūc erit pro  
 ut in altera intentione dicetur, Interim alter sedandi modus  
 erit cū rebus anodinis que parari possunt per fōtus cataplas-  
 mata cerata oleis &c. Fōtus fiunt cum floribus camomille  
 anethi mellilori & flini fenugreci althę &c. Deinde in ca-  
 su necessitatis ad opinata cōcurrendum unde in causa frigida  
 damus phylonij rom. 3. 5. usq; ad 3. i. cum modico uino et in ca-  
 lida tantundem requiei nicol &c. Tertia intentio est humo-  
 ris peccantis præparatio, unde in causa calida procedimus  
 cū syrōpo acetoso simp. uel. ozysacchara. syr. de endiuia uiol  
 de agresta cum aquis endiuie lupulorū uiolarum &c. Que  
 bilis si aliunde flueret præparanda esset cum his que aliquatē  
 in se stipticitatem continent ut cum syr. ros. de. s. acetose de  
 granatis, de citonijs, cum aquis endiuie acetose plantagi-  
 nis & cicorij &c. In causa frigida cum rhodomelle, oxymel-  
 le simp. & compos. scilicet syr. de absinthio de menta, si  
 fuerit pituita salsa cum sy. uiol. et oxymelle simplici cū aquis  
 camomille endiuie, si melancholia cum sy. de fumoterrę de  
 epithimo acetoso simplici syr. uiol & cum aquis fumiterrę  
 lupulorum boraginis &c. si sanguis extrahatur per uenę se-  
 ctionem. Quarta intentio est euacuatio, que in materia bilio-  
 sa ita parabitur & mannę electę mast. 3. xij. cli de s. ros. 3. ij. s.  
 syr. uiol. 3. i. cum decoctum fructuum & florum cord. fiat po-  
 tus. Vel in materia crassa cum castia diaphinicone, In melan-  
 cholia cum castia et confectioe hamech, laudatur in super hic



ra Gale. simpl. pillula aleophangine &c. Si in causa fuerit uentositas curat post euacuationem factam cum calefacientibus & exiccantibus præsertim si materiam fouentem habuerit, unde in hoc comendatur cucurbitula cum maxima stama applicita. Item fiant fotus ex decocto mentæ absinthij camomille calameti pulegij rutæ cinnamomi galangæ calami arō. &c. uel cum oleo in quo ruta apium cuminum. maratrum bulierint &c. Quinta intentio est male complexionis derelictæ remotio, quæ si fuerit calida frigidis remouebitur, si frigida cum calidis quæ parantur per cerata cataplasmata linimenta &c.

#### Loci consentientes de cura doloris stomachi.

Auic. 13. tract. 2. cap. 3. Cura eius qui est ex malitia complexionis calida sine materia est in potu sumere lac acetosum & aquam frigidam, & in cibo pullos perdices cucumeres cucurbitam portulacam, &c. & sic intelliges de frigida complexione q. per contraria curetur. Quod doloris mitigatio tribus dictis modis fieri possit, lege etiam Auic. 2. primi. doc. 2. sum. 2. ca. de cau. sedandi dolorem, Item quarta primi, cap. de sedatione doloris. Lege etiam neotericos præstantes Arcul. & Mar. Cat. Mich. Sauon. Razem & Bauarium fol. 66. &c. Auic. 3. trac. 2. cap. 3. loquens de præparatione simul et euacuatione humoris dolorem efficientis, inquit, Et quando dolor fuerit ex humore cholericò calido euacuabis, & administrabis syrupum acetosum cum aceto, in quo fuit infusum absinthium, &c. Gale. 14. meth. cap. 7. In curatione omne principium est totum corpus euacuare ea euacuatione quam ferre potest, purgatio sit uel missio sanguinis uel purgatio tum per ea quæ subter expellunt medicamenta, tum per quæ supra ut uomitoria, deinde per ea ut in uno uerbo me expediã quæ calefaciunt & exiccant, &c. Gale. 12. meth. cap. 8. de cura stoma-

tus uentriculi commendat cucurbitulam maximam cum flamma admotam, & ita hoc præsidium ualere inquit ut incantamenti cuiuspiam simile uideatur. Et 8. meth. cap. 5. flatus sciandandi sunt oleo, in quo ruta & semina quæ flatus discutiunt, fuere incocta ut sunt apricumini maratri atq; alia id genus. Et 14. meth. ca. 7. est illud inquit commune præceptum omnium fere quos uitiosus succus creat morborum q; in fine calefacientibus & exiccantibus sit utendum & c. Vide Aet. ser. 9. cap. 27. ex Archigene curam & Auic. 13. trac. 2. cap. 3. ibi. Et dolores quidem stomachi frigidos & uentosos sedat & c.

#### Observatio circa curam doloris stomachi.

Marc. Cat. de mente Auic. debemus in primis cum diligentia & bona cura procedere, & causam cognoscere, ne si error contingeret, ob id quod stomachus chylum generat, talis error toti corpori communicaretur, & c.

#### Noxentia ac conferentia dolori stomachi.

Dolorem & mordicationem inducunt bleta, bulbus, fructus cedri, daßili, grana pini, iuniperus, lac, rapa, cruda, scamonium. Conferunt dolori et mordicationi, absinthium, aloes, acetosa, acetum scilliticum, betonica, calamus aromaticus, corallus, coriandrum, furfur, galanga, garyophilum, gentiana garyophilata, granata acetosa, lactuca maior ana menta melilotum nepita, nux moscata, ostraca, oua semicocta origanum paritaria passula peucedanum portulaca pulegium rheubarbarum, rosa, ruta, rubus, lac sicomori, siliqua, sisamus spica, spina alba, scenoanthos. Composita sunt alphendidicon Auic. tertia quinti, Apozima de absinthio quarta quinti Auic. Athanasia maior hali. 6. antid. Ceratum hissopi siliagrios hissopi pauli, stomaticon mes. ij. antid. electuarium de carui Auic. de ambra serap. electuarium indum de baccis lauri, gallia muschata in fusio hiera mes. oleum de absinthio de menta de costo nar

dinum rosaceum masticinum myrtinum de citonijs. Pillula  
 aleophangina masticina de hiera cum agarico hiera simpl.  
 Quadrumeron confectio nic. Rob granatorum de citonijs,  
 theodoricon magnum Auicen. thiriaca maior, thiriaca dia-  
 tesserō, triphera magna nic. triphera saracenicā mes. troc. de  
 diarbodon de absinthio de rosis, unguentū cardumeni Auic.  
 2. antid. zuecharum ros.

### De pronoslicis doloris stomachi.

Auice. 13. tra. 2. cap. 1. Et quandoq; moritur subito propter  
 aduentum doloris ad cor. Secundo, & quandoq; descendit do-  
 lor & facit prouenire colicam, Tertio portendit in pregnā-  
 tibus praefocationem matricis. Quarto, Timetur in illo in  
 quo prolongatur dolor stomachi quod attrahat apostema sto-  
 machi, Quinto, Hippocra. in lib. mortis festinae, quando  
 apparet cum dolore stomachi super pedem dextrum quod-  
 dam simile uesicae, tunc patiens moritur in uiginti septem die-  
 bus. Et si habet dolorem uentris, & apparet in supercilio  
 eius uestigium & bothor, similis fabae deinde fit ulcus tunc  
 ipse morietur & huic accidit subet & c.

Authores dissentientes circa dolores stomachi.

- 1 Adferere, succum absinthij magis conferre stomacho quā  
 ipsius herbam.
- 2 Adferere, in omnibus maximis doloribus sectionem uenae  
 semper conuenire.

Ad primum Auic 13. tertij, quoniam succus eius est sepe-  
 tus a stipticitate retenta in herba idcirco non ita conducit sto-  
 macho ut ipsa herba quae ob partem terream in se manens  
 sit magis stiptica & confortatiua & c.

Ad secundum Auic. quarta primi, tibi quoq; cauere debes  
 a minutione in hora fortis doloris, item cauendum a phlebo-  
 tomia in corporibus habentibus subtilitatem nimiam oris

stomachi quoniam ex ea in syncopin cadunt, Præterea in frigiditate crasso ac viscoso humore non competit, igitur non semper competit sicuti etiam in dolore vires prosternente non competit & c.

### De imbecillitate hepatis.

Hepatis imbecillitas est alteratricis facultatis in proprijs actionibus impotentia absque alicuius visceris malo manifesto, & c. et.

### Loci consentientes de imbecillitate hepatis.

Gale. 8. de compos. med. per loc. cap. 6. ad finem, imbecillitas hepatis est citra manifestum aliquod in viscere malum in proprijs actionibus impotentia alteratricis facultatis. B. intelligendus est hic Gale, de alteratrice facultate & si ad unguem eam non expresserit, nam, huic attractoria retentrix & expulsoria tanquam principaliori seruiunt.

Auic. 14. tra. 2. cap. 1. hepaticus est ille cuius est debilitas absque manifesta in operationibus hepatis & c. Inuenio iuxta Gal. in li. fin. med. locinorosos appellari quos iecoris dolor cum tumore & durtie & corporis colore malo comitatur, & his febris ardens superuenit, & lingua arefcit, quæ omnino euenire solent, quum alteratrix facultas suo nõ probe fungatur officio, ad ipsam enim pertinet sanguinem generare, unde a Galen. quinto de loc. affer. capitulo septimo sanguifica speciatim alteratrix dicitur & ab Auic. digestiua, lege Galen. sexto de symp. caus. cap. secundo.

### De causis imbecillitatis hepatis.

Causæ primitiue sunt casus & percussio super hepate & quæcumque a rebus non naturalibus prouenire possunt, male dispositis. Causæ antecedentes sunt, uel per se, uel per consensum, per se fiunt, uel a mala intemperie sine materia, uel

ut placet Auic. cum materia abscessum uel herisypellā uel aema generante per consensum uero, uel a toto ut in febris, uel ab aliqua parte quacumq; sit debilitante fieri solent. Causae coniunctae sunt uel ipsa intemperies uel quid aliud facultatem alteratricem actu imbecillitans & c.

Loci consentientes de causis imbecillitatis hepatis.

Auic. 14. tra. 2. cap. 1. Et id est, aut propter malitiam cōplexionis singularis sine materia, aut cum materia cuius principium est ab hepate aut a membris alijs sicut est fel quando non trahit coleram, aut splen quando non trahit melancholiam aut renes aut uesica, aut matrix per uehementiam fluxus sanguinis, & propter uehementiā retentionis menstruum & c. Et quandoque non est propter malitiam complexionis solam, immo propter apostema sanguineum herisypellā undimā, aut propter ulcus & c. B. Nota an hoc loco decipiat, Auic. Nam dictum est a Gal. non solum in descriptione iam dicta, sed etiam 8. de compos. med. per loc. cap. 6. q. hepatica peculiariter appellata citra tumorem praeter naturā contingat & c. Gal. 6. de sympt. cau. cap. 2. intemperies quae alteratricis facultatis imbecillitatem parit, si calidior quam oportet fuerit, interdum biliosum, interdum melancholicum excrementum efficit, si frigidior pituitosum & aquosum excrementum similiter parit. Lege in super Gal. 5. de loc. aff. cap. ul. ibi, omnium facultatum essentia & c. Item. 3. de sympt. cau. et Aet. ser. 10. ca. 1. Et Paul. lib. 3. cap. 46 et Arcul. 9. almans. & c.

De indicijs imbecillitatis hepatis.

Indicia sumuntur a colore corporis ab egestionē, a dolore leui, ab intemperie cal. frig. sic. et hum. a facultatibus ipsius hepatis. Si uero per consensum morbus efficiatur, ex membri leSIONE a quo fit consensus. A colore cognoscitur quia si a fluxu siue pallida bile, aut a pituita fiat tota cutis erit alba, siue

pallida siue flaua, ab egestione quia quæ egerunt similia carnis loturæ apparent. A dolore leui, quia sicut ex cibo uentriculus premitur ita ex chylō iecur, unde dolor leuis accidit, a complexione cognoscitur ex eo quod a suis contrarijs iuuatur, a facultatibus hepatis. nã si ab alteratrice sanguis diminutæ erit concoctus qualis est sanguis pituitosus, aut superflue erit concoctus qualis est biliosus & adustus. Si ab attractoria facultate morbus fieret, tunc uix prima concoctione celebrata, chylus egreditur, quum ad iecur attrahi non possit si a retentoria, tunc id egreditur qualis intrauit. Si ab expulsoria, tunc id nõ expellitur quod est superfluum, sed admixtum sanguini cernitur aut cognoscitur ex eo quod multe ad uentriculum fluunt humiditates. Sunt & harum facultatum alia indicia, nam si sanguis corruptus sit uel ad putredinem decliuus uel colore uariius uel pituitosus, tunc alteratricem cognoscimus esse diminutam si totius corporis adsit macies & imbecillitas, tunc attractoriam uim esse imbecillem coniectamur, & sic de reliquis. At si morbus per consensum fiat cognoscitur ex alterius membri læsione, nam si per consensum felis fieret tunc ex colore icterico cognoscitur, si ex consensu stomachi, ex concoctionis malitia, & sic de reliquis & c.

**Loci consentientes de indicia imbecillitatis hepatis.**

Auic. 14. trac. 2. cap. 2. Color est ex rebus quæ significant secundum plurimum dispositione hepatis & c. Et egestio & urina similes aquæ carnis significant debilitatem hepatis in generando sanguinem & c. Complexiones autem significantur ex radicibus prædictis & c. Lege fusius hunc locum & c. indicia a me dicta inuenies. Gal. 5. de loc. aff. cap. 7. Igitur album quum sedimina aquæ in qua mactata caro abluta est, similia esse uideris tunc efficacissimum esse affecti iecoris signum non dubites, & paulo post facit mentionem de complexionibus

signis, ibi, calide intemperies hepatis & c. Habes tamen rem magis expeditam. s. de compos. med. per loc. cap. 6. Ibi calida igitur intemperie circa hepar existente, colliquationes fiunt primum humorum deinde carnis ipsius hepatis & c. Similiter habes signa facultatum hepatis s. de loc. aff. cap. 7. ibi si atratrix facultas afficitur tunc cibum in uentriculo in succum transmutatum relinquitur & c. Vide 8. de comp. med. per loc. cap. 6. fusius de hac re. Item Paul. & Aet. & Arcul. & c.

De cura imbecillitatis hepatis.

Perficitur hæc cura quatuor medijs. Primo, remouendo causam imbecillitatis. Secundo, roborando hepar. Tertio, remouendo si qua aduenerint symptomata. Quarto, regulando agrum in sex rebus non naturalibus. Causa si fuerit primitiua, ut potus aquæ frigidae remoue eam cum calidis ut puta cū potu uini & absterneat se ab aqua, et sic de reliquis causis primitiuis. Si causa antecedens in hepate fuerit intemperies calida, remoueat frigidis slipticis hepatis conducentibus, frigida calidis aromaticis aperientibus, humida siccis & c. Si uero fuerit apostema ulcus uel aliqua alia soluta continuitas curabis per ea quæ ad apostemata ulcera & solutam continuitatem faciunt, ut alias dictum est. Si causa sit per consensum ab alio membro tunc illius membri mala dispositio remouenda est cū euacuatione reuulsione ac membri roboratione, ne quid amplius ad hepar transmittatur, demum hepatis nocuum iam impressum remoueat & c. 2. Robur hepatis fit decem medijs, ut ex Auic. & neotericeis elicatur. 1. Cum leuiter calefacientibus ut naturalis eius temperies seruetur, & hoc intelligi potest de his quæ ad penetrandum exhibentur. 2. Cū leui apertione quæ semper de obstructione hepatis timor sit & tunc utimur phisticis & absinthio. 3. Cū maturatione & lenificatione quæ cum passulis & uino granatorum consi-

citur. 4. Cum abstergentibus quæ parantur cum aqua hordea-  
 cea & hydromelle. 5. Cum incidentibus ut cum uino granato-  
 rum quod ad acetum uergit. 6. Cum his quæ moderatam in  
 se stipticitatem habent, ut scenoantho rosæ absinthin. 7. Cum  
 prohibentibus putredinem ut cinnamomo casia lignea. 8. Cum  
 exiccantibus ut cum spondio. 9. Cum mundificantibus ut cum  
 melle & uino subtili. 10. Cum his quæ a proprietate ualent,  
 ut spica lupi hepar, limatijs rheub passulis. Verum in his me-  
 moriæ interim mandandum, quenam facultas principaliter  
 lesa sit, ut eius robori magis intendas, nam attractoria uis ca-  
 lidis & siccis, sed magis calidis, retentoria frigidis & siccis  
 sed magis siccis roboratur, alteratrix calidis & humidis li-  
 cet magis calidis, ex pultrix calidis & humidis licet magis  
 gaudeat humidis &c. In causa igitur frigida conueniunt ab-  
 sinthium rheubarbarum troc. de rheub. diacurcuma sy. de ab-  
 sinthio de eupatorio. Item electuarium Gal. in tex. Auic. de-  
 scriptum, ibi, recipe ligni aloes rosarum spicæ nardi. cinna-  
 momi ante. 3. 2. &c. In calida conueniunt cicorium aqua li-  
 matiarum diarhodon abbatis triasandali. T. de rosis, syru de  
 endiu. de cicorea cum rheub. 4. Cibaria nullam crassitiæ uel  
 uiscositatem participant, carnes sint boni nutrimenti, unde cõ-  
 ueniunt uitelli ouorum sorbilium cum cinnamomo & pipe-  
 re aromatizati. Item passule limatiæ &c. Portus sit aqua  
 bordeacea cum aliquantulo mellis &c.

Loci consentientes de cura imbecillitatis hepatis.

Auic. 14. Tr. 2. ca. 3. ut plurimum debilitas hepatis est pro-  
 pter frigus aliquod aut humiditatem aut siccitatē, aut propter  
 materias malas retētās in ipso, et propter hoc plurimū curæ  
 eius est cū calefactione subtili cū apertione & maturatione  
 & lenificatione permixta cū stipticitate confortate & pro-  
 hibente putrefactionē, et sit cū medicinis aromaticis in quibus



est apertio & maturatio ut crocus, & quandoq; indigemus propter retentionem materiei in ipso phlebotomia & solutione uentris & c. Gale. 8. de comp. med. per loc. cap. 6. scopus curationis in eiusmodi affectionibus fit communis quidem iuxta intemperiei contrarietatem. Peculiarem uero per cuiusque contrariã uerum in his siue exterius applicitis siue intra adhibitis semper aliquid ex adstringentibus miscere oportet ut iecoris robur seruetur & c. Et. ij. meth. cap. 16. si quidem in uentriculo & iocinore robur resolui est permittiosissimum & c. De cura facultatum hepatis laborantium habes plene iuxta Auic. loc. cit. ibi si debilitas adigestiua provenit conforta cum stipticis aromaticis, si a retentiua, adde in confortatione & stipticitate & minus de calefactione & c. lege fusius & inuenies cetera a me iam pridem exarata, lege etiam Arcul. in hoc & Marcum cat. De cibis lege etiam ibi Auice. & conuenientiores cibi sunt in quibus non sunt grasitudo & uiscositas, & c. lege eum fusius & Arcul.

#### Observationes in curatione.

Auic. Medicina hepaticæ sint apertiuæ cum leui caliditate quarum uirtus sit lenitiua & abstersiua nec stipticitate careant quum hepar sit membrum laxum & c.

#### Nocentia & conferentia imbecillitati hepatis.

Nocent hepati, aloes, assa, colocynthis, dactili, helleborus, euphorbium, esula, ficus, lac, mezereö, ozimum, serpentaria, serapinum, scamonium, scebram, triphera ferunginea nic. Conferunt imbecillitati et eum roborant absinthium, acorus, aloes bonæ amygdalæ amara, ammonium, asarum, berberis, calamus aromaticus, cinnamomum cortex citri, costum, cuscute, crocus, cicorium, endiuia, eupatorium, phystici, funus terræ, granata acetosa, lactuca, laudanum, signum aloes liquiritia, hepar lupi, macis, mastix, myrobalani cit. nux mosc. origanum

ganum passule & rheubarbarum rosa rosinarum, rubea, spica spinachia scenoanthos, Composita sunt citonia condita, cōditum de citro, de succo citoniorum de musco, diarhodon, diacacca, diacurcuma, diaireos, letificans mes. el. de mirto mes. de camphora Auic. empl. diaphinicon diaspermaton, gallia sebellien mes. oleum masticinum, amygdalarum amararum, irinum, costinū, pillule aggregatiue de rheub. stomaticæ Auic. de agarico Serap syr. de endiuia de cicorea cum rheub. de acetositate diarhodon de fumoterra de absinthio tro. de ligno aloes de rosis de aniso de absinthio de lacca hali, de cupatorio, hiera damasceni, & udiarum ros. &c.

#### De pronosticis imbecillitatis hepatis.

Auic. 14. t. 2. cap. 2. & multotiens perducit ad hydropē, & colicam phlegmaticam &c. Arcul. debilitas hepatis notabilis quum inueterata fuerit, aut difficillime, aut fere nunquam emendatur, & lege etiam Gal. 8. de compos. med. per loc. &c.

#### De inflammatione iocinoris.

Inflammatiō est calidi sanguinis influxus quæ in hepatis substantia uel in eius gibbosa uel concaua parte, aut in musculis uel tunicis colligētibus, uel in uenis eius accidere solet, nec inquirendum utrum in uenis mesenterij hæc accidat, quoniā si in concaua iecoris parte fuerit inflammatiō, etiam in uenis mesenterij necessario erit.

#### Loci consentientes de inflammatione hepatis.

Auic. 14. t. 3. cap. 1. apostematum in partibus hepatis accidentium quedam fiunt in ipso hepate quedam in lacertis partibus super ipsum, & alia sunt quæ accidunt in meseracis, & eorum quæ fiunt in ipso quedam accidunt in partibus eius superioribus & ad latus gibbosum, & alia in partibus inferioribus & ad latus concauum & alia in uelaminibus & paniculo & in uenis ipsius &c. Lege Gal. 5. de loc. aff. cap. 7. et 13.

DD

meth. cap. 14. ubi etiam inquit q̄ cauo iocinoris phlegmone obfesso protinus etiã uenas quæ in mesenterio sunt una phlegmone laborare necesse sit, Vide etiam Gal. in lib. de tum. præter naturam. cap. 2. ibi inflammatio est calidi & c.

De causis inflammationis hepatis.

Cause primitiua est nimius calor ex immodico motu aut ex sole igneq; acquisitus, aut acre medicamentum aut nimius potus uel cibus calefaciens percussio aut tersio & c. Cause antecedentes uel per se sunt in hepate uel per consensum fiunt, Per se sunt intemperies calida malos humores attrahens aut intemperies frigida quæ alteratricem & expultricem debilitat, unde tumores fieri possunt, similiter obstructio ex qua humores retinentur, aut dolor materiam ad iecur attrahens, aut iecoris imbecillitas, Cause coniunctæ phlegmonis est sanguis copiosior quam pars possulet in ipso hepate contentus & c.

Loci consentientes de causis inflammationis hepatis.

Gal. 13. meth. cap. 6. istius caloris causa aut est immodicus motus aut ex sole & ignis tepor, aut acre medicamentum & c. Auic. 14. t. 3. cap. 1. etiã de alijs primitiuis causis loquitur, ibi, & cibi quidem calefacientes & crassi, & qui non digeruntur ualde adiuuant ad faciendum apostemata in hepate, & quandoq; accidit propter percussione[m] & torsione[m] & c. De causis etiam antecedentibus hic uerba facit ibi causa illius sunt complexio frigida prohibens digestionem & expulsionem aut debilitas stomachi aut opilatio congregans humores & c. lege eum fusius Gal. 13. meth. cap. 3. Cõmunis omnium phlegmonarum generatio ex sanguinis influxu est copiosior, quã pars possulet. Causa uero quur insluit sanguis tum a partibus intus, tum ab his quæ ad se attrahunt peruenire potest, mittit enim partes quum nimium copia supernuacua est, aut quum a sua qualitate molestantur quæ uero attrahunt, ea ob

morbosum calorem attrahunt uel ob sui uel uicinae partis do-  
lorem aut ob partis recipientis imbecillitatē, ut testatur Gal.  
13. meth. cap. 5. Lege etiam de his Gal. 13. meth. cap. 6. ibi, dolor  
prouenit uel ob intemperiem & uulnus & contusionē & di-  
storsionem & tensionem uel obstructionem quandam & c.  
Lege etiam 14. meth. cap. primo, ibi, inflammatio fieri solet,  
quum sanguis copiosus in aliquam particulā procubuit & c.  
Lege de his uberius Arcul. 9. almans. & c.

#### De indicijs inflammationis hepatis.

Indicia hepatis inflammati sunt dolor inseperabilis in de-  
xtro hypocondrio, grauitas in eo maior quam in opilatio-  
ne, forma corporis mutatur, apparet enim in facie et in alijs  
membris tumor siue inflatio, color tendit ad citrinum uel pal-  
lidum, nulla adest pulsatio ac in cæteris inflāmationibus, Co-  
ste nothæ ut plurimum dolent, exigua & sicca tussicula adest  
singultus quoque sequuntur, Dormire non ualent super latus  
dextrum, & super sinistrum dormire graue est, febris adest  
acuta. Signa quando adest in gibba parte sunt grauitas maior  
quam in cōcaua, singultus minor, tensio apud suspensoria, ma-  
nifestior fit tactui, præcipue in debili, tussis sicca, difficultas  
anhelitus maior, ob consensu diaphragmatis percipitur, uri-  
na pauca cum mordicatione, lingua est citrina ad nigredinē  
decliuis. Signa quādo fuerit in concava, singultus maior, gra-  
uitas minor eo quod a stomacho sustentatur, tussis parua, & an-  
helitus paruus, dolor uehementior, nausea, appetitus destru-  
ctio, sitis uehemens, uomitus biliosus, frigus extremitatum et  
nigredo linguæ & syncopis & c.

#### Loci consentientes de signis inflāmationis hepatis.

Gale. 5. de loc. aff. ca. 7. Iecur affici declarant in dextra præ-  
cordiorum parte grauitas, dolor tota præcordia contrahens  
& ipsius usq; ad iugulum extensio exigua tussis, linguæ color

in primis ruber deinde niger, ingens ciborum fastidium, sitis  
 inexhausta, uomitus tum sncer & bilis, tum quæ ouorum uitel  
 lis simulatur quæ postea eruginis colorem refert, alius ad-  
 stringitur, si inflammatio cum eius uisceris imbecillitate ex-  
 citetur spiritus adest difficultas febris acuta etc. Et paulopost  
 inflammationes in simis iccoris partibus fastidium nauſeam  
 uomitum biliosum, sitim ingentem tussim atq; dolorem usq;  
 ad dextræ partis iugulum excitant, nonnunquam utriq; parti  
 dolor adest nocte costæ consentiunt, In gibba uero parte in-  
 flâmatione existente præter dicta tumoris cumulus compræ-  
 hensim cõspicius in superficie tactui maxime si abdomẽ gra-  
 cileſcat, cõprehenditur, dolores circa respirationem & tussu-  
 cule magis intenduntur cum dolore ad iugulum extenso ut de-  
 trahi uideatur magis quã in ima parte. Si uero in reſtis mus-  
 culis inflammatio accidat tumor erit præter naturam oblon-  
 gus atq; per totum uentrem extensus umbilicum compræhen-  
 dens & c. Lege de his Auic. 14. tra. 3. cap. 2. ibi signa commu-  
 nia sunt q; inuenit æger grauitatem sub hypocondrijs in sepe-  
 rabilem & inuenit illic dolorem uehementem & c. Lege simi-  
 liter Arcul. 9. alman. Item Gal. 2. de loc. aff. ca. 9. ibi, si incogni-  
 ta nobis fuerit inflammatio iubendum est ægro ut magnam  
 edat respirationem & c. Vide etiam de hac re Paul. lib. 3. cap.  
 46. & Aet. ser. 10. cap. 3. & Gale. 2. de loc. aff. cap. 8.

#### De cura inflammationis hepatis.

In curatione hac tota adhibenda est diligẽtia ne hepatis Le-  
 sio per totũ corpus dispergatur. Erunt igitur intentiones cura-  
 tionis sex prima erit reuulsio. 2. repercussio. 3. humoris præ-  
 paratio. 4. euacuatio. 5. resolutio. 6. malæ cõplexionis de reli-  
 cte remotio cũ regimine sex rerũ nõ naturalium. Reuulsio fiet  
 cũ sectione uenæ basilicæ aut cephalicæ, quæ an fienda sit ex  
 opposito an ex eodẽ latere dubitat, Cõciliator disē. 198. quem

fusius uidebis. Diuertimus etiam cum frictionibus ligaturis  
 cucurbitulis circa partes extremas positis & similibus. Reper  
 cussio fiet tum per exteriora tum per interiora. Conueniunt  
 extrinsecus epithemata & inunctiones ex oleo ros. de cito  
 nijs uel ex aquis rosarum solatri cum syndone madefacta &  
 hepatis applicita quibus addi possunt pulueres ex sandalis  
 rub. & al. & cit. ex rosis corticibus & floribus granatorum  
 & aliquid camphoræ. sed in materia frigida accipimus ali  
 quid absinthij mastice cum oleo ros. masticino & c. Intrin  
 secus ualēt sy. ros. de succo acetosæ cū aquis plātaginis cicorij  
 cad. uen. & c. in causa frigida rhodomel. syr. de duabus rad.  
 oxymel cū syr. ros. Et hæc faciūt etiā pro tertia intētiōe uno  
 tamē animaduerso q. stiptica tantū in principio, sed cū mate  
 ria iam fluxa est, alijs non stipticis, uti possumus ut sy. acetos.  
 simp. uiol. de endiuia de fumo terræ & c. Euacuatio fiat rur  
 sus peccante sanguine cum sectione uenæ hepaticæ, aut peccā  
 te cholera cum rheubarbari infusione aut cum alijs pharma  
 cis prout millies dictum est. Resolutio fit cum his quæ resol  
 uunt addēdo aliquid quod stipticitatis secum asserat, & hunc  
 spectant inunctiones cataplasmata et epithemata cum anetho  
 melliloto althea camomilla rosis absinthio similiter cū oleo  
 anethino camomillino ros. & c. Si uero ad suppurationē uer  
 teretur tunc suppurantibus utendum qualis est decoctio pas  
 sullarum caricarum altheæ maluarum. f. lini fenugræci cum  
 oleo amygdalarū dul. cum pinguedine gallinæ anatis butyro  
 ex quibus paramus cataplasmata & c. Maturata inflamma  
 tione tunc uomica uomitu tussi & stertamentis & simili  
 bus prouocanda est, deinde abstergenda, si in gibba fuerit  
 parte cum urinam prouocantibus & abstergentibus, qualis  
 est aqua hordei cicorum rub. hydromel hydrosaccharum,  
 & c. Si in concaua cum his quæ per secessum educunt, qualis

est castia serum caprinum tamarindi & c. deinde consolidan-  
dum erit siue conglutinandum cum bolo armeno & terra  
sigillata & c. Quod si abscessus ad duritiem permutetur quan-  
uis raro curationem admittat, nihilominus cum amollienti-  
bus procedemus sicuti cum althea maluis & c.

Loci consentientes de cura inflāma iōnis hepatis.

Gale. 13. meth. cap. 6. Communis omnium phlegmonarum  
curationis indicatio est euacuatio, quæ uero adhuc in genera-  
tione sunt, in ijs prius euacuatione est influentis in affectū lo-  
cum sanguinis inhibitiō & c. Et cap. 11. eiusdem lib. Quum ie-  
cor inflammationem patitur, tum reuellendus tunc educendus  
qui ad iecur fluit, sanguis est, interna in dextro cubito infecta  
uena, propterea q. e directo & ampla uia cum uena quæ ca-  
ua dicitur societatem habet, qua nō apparente media seccāda  
est q. si ea nec se ostēderit reliqua ac tertia incidēda est & c.

B. Ex quibus notare debes q. stante uirtutis robore modo  
ααα εϋβυ. i. e directo extrahatur sanguis, & si alia atque  
alia uena seccetur, non multum referre quum singula uena  
sibi in euacuatione respondeant.

Auic. 14. tra. 3. cap. xij. phlebotoma igitur in primis & nō  
hesites in hoc quum non est prohibiter fortis et extrahe san-  
guinem abundantē. Et scias q. indiges in initio eius eo quod  
est simile in casu de percussione et in frigidatione & c. Gal.  
13. meth. cap. 16. In iocinoris phlegmone etiam si nihil affluat  
reprimentibus utendum & reddit binam rationem, primo  
quia in principio parum est quod affluit, tum magna ex par-  
te non crassum, tum recipientis partis uirtus ualentior, secun-  
do quia nondum in afflicta parte uiolenter impactū est, quum  
uero phlegmone in suo uigore consistit contrario modo om-  
nia se habent, adest enim multitudo sanguinis crassus ac impa-  
ctus, tum uirtus partis debilior, ut a se superuacua amoliri nō

possit. De digestionē lege Auic. ibi, medicinæ conuenientes ad  
 postematibus hepatis in initio rei quum illic est caliditas su-  
 perflua sunt aqua endiuia & aqua solatri cum sy. acetoso & ru-  
 charino et aqua hordei arnaglossæ cuscute cucumeris cucur-  
 bitæ & c. De euacuatione loquitur Gal. 13. meth. cap. 15. ibi, con-  
 siderandum an gibba uel in caua parte fiat inflammatio, si ca-  
 ua parte purgare per aluum conuenit si in gibba per urinas,  
 lege etiã 14. caput huius ibi expelli e iocinore oportet quic-  
 quid in totū atræ bilis tū saniei ex phlegmone prouenientis  
 iam collectū est & c. De regimine resolutionis loquitur etiã  
 Auic. ibi quapropter indiges ut incipias a regimine resolu-  
 tionis materiei in hac egritudine plus q̄ sit tua inceptio in re-  
 liquis apostematibus, timēdo lapideitatē & duritiem etc. De  
 cibo et potu habes plura ex Gal. 13. meth. c. 14. ibi, Postit ergo  
 tum iecur ipsum, tū os meatus qui bilē transmittit cibos, &  
 pharmaca quæ obstructa recludāt, qualia sunt nō lēta, sed quæ  
 tenui cōsistentia sine qualitate mordēte, nam a mordentibus  
 phlegmones irritātur, nō dulcia quia a dulcibus tū iecur, tū  
 liē intumescūt, talia igitur erūt, ut in cibus ptisana et in phar-  
 macis oxymel cum aqua mixtū, punica mala et quæcūq; ad-  
 stringunt interdiciūt, quum bilis meatus os ardent, & bilē  
 ipsam excerni prohibeāt, & phlegmonas ipsas quæ in cauo  
 sunt uisceris irritent magis q̄ in gibbo, nam quum ad gibbum  
 perueniunt iam quæ assumūtur mutata sunt ut sic nec adstrin-  
 gant uel mordeāt etc. Auic. in fi. c. cibus autē melior est chisch  
 hordei in frigidat enim & abstergit et nō facit acquirere opē  
 lationes & festinat eius penetratio, panis nō ex furmēto sed  
 ex simila & ex oleribus lactuca, & attriplicēs, ex fructi-  
 bus granata dulcia, & cæ.

## Obiectio.

Miror mirum in modum mala punica dulcia hic ab Auic.  
 concedi tum quia abstringunt, tum quia ex dulcibus hepatis



intumescit & aquam hordeaceam hic concedi & in altero sequenti textu renui, ibi & aqua hordei quamuis abstergat sine mordicatione, tamen est duleis & dulce facit incurrere opilationes & c. tamen a raze Serapione & Haliabbate commendatur, & c.

## Responſio.

Gentilis putat Auic. tex. corruptum & loco aque hordei legi debere aqua mellis. uide tu commentatores Auic. & intel liges causam, alterius obiectionis.

Observationes in cura inflammationis hepatis.

Marcus cat. de mēte Auic statim inquit succurrendum est huic aegritudini non tantum in iecore, sed in quocunq; mēbro principali alioqui cura esset uana & c. Gal. 13. meth. ca. 8. prohibendum ne tumor augeatur nec suppuretur, cauendo etiam ne ad scirrhu conuertatur, nam facile tumor in duritiem eua dit & c. Auic. 14. t. 3. cap. 12. nullis remedijs succurrendum ni prius facta sit sectio uene aut antequā pharmaciū non conueniente sectione, sit exhibitū, nam inquit si phlebotomas, & di mittis materiā in hepate & admissas stiptica & apocruſtica proculdubio induratur apostema. Caue tamen in exhibendo pharmaco, ne nimirū soluentibus utaris, nam hepar ultra q; imbecille reddūt humores etiā commouent ut interdū ma iori copia ad locū lesū refuāt, & c. Vitandum insuper ne urinā prouoces morbo in cōcaua parte existente, aut soluas uentrem si in gibba parte tumor fuerit & c. Gal. 13. meth. cap. 12. Quaecunq; iocineri intrinsecus uel extrinsecus applican tur, non sint actu frigide, nam ultra q; ad locum difficulter penetrarent, meatus etiam cutis ocluderent, & c.

Observationes de repellentibus & resoluentibus.

Auic. loc. cit. Repellentia sint in stipticitate remissa & nisi tumoris ut augeat caliditas cum aperientibus & incidentibus miscantur resoluētia citius in iecoris inflammationibus

sunt applicada: quam in ceterorū membrorū tumoribus etc.

Conferentia inflammationi hepatis.

Conferunt inflammationi hepatis agresta attri-plex ber-  
beris, camphora capillus ueni, acetositas citri cucurbita, endi-  
uia, cicoreum, hepatica, lupuli, mercurialis, nympha portu-  
lacarheub, rosa sandali, semperuua, solatrum spodiū sumach  
tamarindi uiola. Cōposita sunt, confectio de acetosis mes, ele-  
ctuariū de psyllo mes, cerotum de sandalis, emplastrum de  
fūmento mes, de semperuua hali, oleum irinum rosaceum,  
syr. acetosus de pomis, de portulaca, triasandali nic, triphera  
persica, troc. de sandalis mes, de spodio de camphora unguen-  
tū ros, uiol, hiera siracost mes, papaner cum oleo rosaceo etc.

De pronosticis inflammationis hepatis.

Auic. 14. tra. 3. ca. 1. Et apostema quod est in gibbositate est  
deterius eo q̄ est in concauitate. Et apostema hepatis siue cali-  
dum siue frigidum opilationem facit & non relinquit corpo-  
ri nisi sanguinem aquosum, & cum hoc debilitat hepar in se  
parando aquositatem que si in meser. acis continetur est cau-  
sa hydropijis carnosæ & ascitis. Item quādo permutatur ca-  
lidum ex hepate ad splenē est bonum, si uero ex splene ad he-  
par malū. Et ca. 2. Interdū omnis species apostematū hepatis  
perducit ad hydropē, & scias quod quū apostemati hepatis  
associatur uentris solutio est mortale, & cap. 16. non euadit  
aliquis ex apostemate duro quiescente, & confirmato.

Hip. aph. 7. aph. 46. Quorum hepar suppuratur, aduritur,  
si pus purum et albū fluxerit, euadunt, nam in tunica his pus  
cōtinetur, si uero qualis amurea fluat, perēūt. B. quia si pus al-  
bum et purū fluat, signū est q̄ ad carnē hepatis usq; corruptio  
nō pertingit, sed tantū in eius tunica fuisse, si uero ut fex olei  
fluat tunc declarat substantiam hepatis esse corruptam, idcir-  
co non ab re moriuntur & c. Hipp. aph. 7. aph. 17. In hepatis

inflammationibus singultus malum. B. quia ex magnitudine inflammationis stomachus cōpatitur unde fit singultus. Hip. aphor. 6. aphor. 18. Vesica descissa aut cerebro aut corde aut septo transuerso, aut aliquo ex tenuioribus intestinis aut iocinore, lethale est &c.

Authores dissentientes circa morbos hepatis.

- 1 Adserere, aquam hordaceam non conuenire in inflammationibus hepatis.
- 2 Adserere, profluuium uentris in apostemate hepatis ex abundantia materia non esse mortale.
- 3 Adserere, nutrimentum uiscosum non nocere hepati.
- 4 Adserere, hepati supercalefacto, cerusam tanquam frigidam esse applicandam.
- 5 Adserere, stipticiora magis conuenire in hepatis apostematibus quam stomachi.
- 6 Adserere, in apostemate hepatis phlebotomiam potius in pede quam in brachio fiendam.

Confutatio dissentientium circa morbos hepatis.

Ad primum, aqua hordei non solum ab Auic. sed a serapio. 4. tract. cap. 2. & arhaze in lib. diuis. & a Gal. 13. meth. ut supra, maxime igitur dum commendatur conuenit.

Ad secundum, Auic. quum hepatis apostemati sotiatum fluxus uentris est mortale, & intellexit propter materiae exuberantiam, similiter factus ab imbecillitate hepatis est mortalis ut uolunt Auic. commentatores. Ad tertium, Serapio indiget hepar cibis & potibus & medicinis apertius non uicosis sic subtilibus, non mordicatis neq; dulcibus neq; stipticis & ponticis eo qd opilant &c. igitur &c. Ad quartum, respondet. Conciliator differentia 197. quod per se cerusa nocet hepati quamuis cum alijs que suam uirtutem introferant possit interdū uiuare, sed melius esse cum alijs aromaticis operari.

Et c. Ad quintum, respondetur per ea quæ dicta sunt in cura,  
Nam Auic. 13. tra. cap. 1. Quoniam ex magis stipticis grande  
nocumentum resultat eo quod hepar uelocius quam stoma-  
chus correspondet duritiei quenam inducunt stiptica Et c. Et  
sic non conferunt magis hepatis quam stomacho Et c. Ad sex-  
xtum, Auic. allega. cap. inquit phlebotoma si tibi possibile est  
ex basilica, Et si non ex nigra et si non ex cephalica eo quod  
directius hepar respiciunt, Et hoc etiam habes ex Galeno in  
cura igitur magis in brachio quam in pede.

### De morbo regio.

Icteria dicta est ab ictero aue quam nos galbulam siue fi-  
cedulam dicimus, de qua facit mentionem Mart. dicens.

Galbula decipitur calamis Et retibes ales

Turget adhuc uiridi cum rudis una mero.

Dicta est etiam aurigo a colore auri, uel arquatus morbus  
a celestis arcus colore, aut morbus regius eo quia morbo af-  
fectos adparatu regio et ludis lasciuus uti perutile est. Hor. aut  
mala quem scabies aut morbus regius urget. Est autem morbus  
regius per totum corpus bilis suffusio quæ interdum nigra in-  
terdum flaua est ex qua color citrinus uel niger apparet Et c.

### Loci consentientes de morbo regio.

Plin. Ictericis aris a colore uocatur, quæ si spectetur ab icte-  
rico, sanari id malum tradunt Et auem mori. De deductione  
horum nominum lege fusius cor. cel. Et Aet. ser. 10. cap. 17. et  
neotericos omnes. Gale. lib. finit. med. aurigo seu morbus re-  
gius arquatus ne est bilis refusio in cutem quo fit ut superfi-  
cies tingatur luteaq; fiat Et uitiatur cutis, Et c.

Auic. decimaquinta tertij, cap. 3. Icteria est coloris corpo-  
ris foeda alteratio ad citrinitatem uel nigredinem tendens ob  
cursum humoris citrini Et nigri ad cutem sine putrefactio-  
ne Et c. B. similis definitio legitur etiam penes concil. dif. 78.

adiungit tamē Auic. sine putrefactione, quia reuera. dum bilis putresceret nō icteritiam tantum sed febrem tertianam prōduceret. Vide Aet. serm. 10. cap. 17. & Paul. lib. 3. cap. 50.

De causis morbi regij.

Causa si extrinseca fuerint tres erūt scilicet uirus alicuius animalis, assumptio ciborū icteritiam efficiētū uel bilem generantium & obstructiū, et nimius labor in sole calido. Intrinseca uel sūt ab hepate uel ab alijs membris. Si ab hepate uel erit mala intemperies calida uel frigida cum abscessu uel sine abscessu, aut obstructio aut facultatis attractorie uel secretantis imbecillitas. Si a splene tunc in causa est apostema, uel obstructio uel mala complexio uel eius facultatis imbecillitas, & sic de alijs membris intelligito. Interdum fit per morborum iudicationes, & c.

Loci consentientes de causis morbi regij.

Gal. 5. de loc. aff. cap. ult. Morbus regius nonnunquam fieri solet iocinore nequaquam affecto per morbi iudicationē. Interdum citra morbi iudicationem dum sanguis extranea quadam corruptione in bile uertitur, qualis ferarū morsu fieri solet, aut assumpto ueneno. Interdū fit ab obstructione, aut ab inflammatione, aut a scirrho iocinoris, aut citra hæc ab ipsa tantum iocinoris intemperie præter naturā mutata, aut a iocinore suo munere non fungente, aut ob splenis uitia. Interdū ab attractricis folliculi fel continentis imbecillitate, aut quia folliculus est obstructus aut quia eius facultas secretiora est imbecillior. Interdum fit etiam ab obstructis aut infirmis uasis quæ ab ipso exorta, ora sua in hepar extendunt & c. Auic. 15. cap. 3. ibi, icteritia citrina aut fit multitudine generationis cholerae citrinae aut propter euacuationis eius prohibitionem & multitudo eius generatur ab hepate propter causas calefacientes aut propter apostemata in hepate et in meatu cholerae

aut propter opilationem retinentē choleram in felle aut propter caliditatem complexionis cholerae & c. lege fusius & tam intrinsecas quam extrinsecas causas icteritiae intelliges. Vide & Gordonium & Arcul. in proprio cap.

Gal. apho. 4. com. 62. Tres sunt affectus quibus morbus regius solet aduenire, tumor durus, inflammatio, & obstructio. B. Nam dum sanguis expurgatur et bilis a uenis ad meatus bile recipietes transfertur, si triū alterū adfuerit, necesse est sanguinem non expurgari, sed una cum ipso bilem per totum corpus differri, unde morbus regius oritur. Vide Pau. li. 3. c. 50. et Au. de opilationibus hepatis ibi materia quae generat opilationem aut est humor opilas propter suam crassitudinem, etc. lege eum fusius, etc.

#### De signis morbi regij.

Signa communia sunt pigrities & tumor ad motum grauians dulces cibos auersantur, rarijs imaginibus uexantur pruritus totius corporis adest, difficulter exudant, Alba oculorum & faciei tempora & male pallorem demonstrant, & c.

Signa male hepatis temperaturae per ea quae de imbecillitate hepatis diximus satis nota erunt, similiter & abscessus si gna per ea quae retulimus de inflammatione hepatis & c.

Signa opilationis sunt grauitas dolorque sub dextra parte, nullo tumore uel urgente febre percepta, ite si egestio flaua non egrediatur sed alba. Signa imbecillitatis expulsoriae facultatis sunt si ruina nullo colore infecta excernatur, etiam si nulla grauitas percipiatur. Cognoscitur et ex attractoria facultate fieri, si nausea uomitus, Amaritudo oris, nullo apparere in ictere grauitatis sensu adfuerit et flauus color paulatine et non subitus fiat. Signa ueneni erunt, si nulla prius existente humorum malitia, sed ex homine sano, statim icterus euadat, Nam absque mora, uirus per totum corpus diffunditur, Signa sumpta a crisi sunt, si febres praecesserunt acutae, & alia quae crisin indicare

Solent, Signa q̄ per consensum totius corporis fiat erunt ex febribus quæ tenues sanguinis partes in bilem commutant, Signa q̄ fiat a chisti felle sunt q̄, accidit subito, & egestio est alba, adest amaritudo oris & sitis & si porrus qui uadit ad stomachum est opilatus tunc urina est colorata spissa crocea egestio tincla crocea &c.

Signa q̄ ex splene fiat, sunt durities splenis grauitas & icteritia potius nigra quam flaua &c.

#### Loci contentientes de signis morbi regij.

Aet. ser. 10. ca. 17. Cōmuniter omnibus ictericis adest pigrities & tumor ad motum grauens &c. Gal. 5. de loc. aff. ca. ult. si per morbi Indiciū icterus fiat, Indiciū erit q̄ excrementa & urinae secundum naturam se habebūt. Si sanguis externa corruptione in bilem uertatur, Indiciū erit totius corporis prasinus siue porraceus color, Si ab obstructione folliculi fellis fiat, signum erit q̄, citra febrem morbus regius accidit Vrgetq; in dextra præcordiorum parte grauitatis quidā sensus, Si uero ab inflammatione uel alio abscessu, tunc febris aderit cum biliosis deiectionibus & in dextra præcordiorum parte dolor, Si ab intemperie hepatis humorum corruptio contingat, tunc totum corpus herbis candenti pallore infectis assimilatur, interdum plumbeum aut magis fuscum colorem refert, Si ob splenis uitium tunc colores ueniūt multo nigriores quam ab hepate &c. Lege de his. 9. de compos. med. per loc. cap. 1. B. Nota tamen q̄ uelle ex colore tantum affectā secundum diuinare est malum ut Gale. refert. 5. de loc. aff. cap. cit. de stefiano exemplum afferens &c. Lege etiam Aui. 15. Tra. 1. ca. de signis icteritiæ citrina nam omnia illa nuper a me recitata Signa habet quæ tu latius uidere poteris si. n. omnia in unum cōgerere longe a negotio res librum excederet, Vide de his Arcul. & Gord. Paul. & ceteros practicantes. Similiter de

icteritia nigra lege Gale. 6. de loc. aff. cap. de affectibus lienis  
 & Aet. ser. 10. cap. 17. Vide etiam Auic. de signis opilationis  
 hepatis, ibi, signa opilationis sunt & c.

De cura morbi regii.

Morbus regius Indicatorie ex febris perfecte solutus  
 eueniens uisibilis ad cutem translata, sit multū crassa balneis  
 uel rebus discussorijs facile curabitur, quale est balneum ex  
 aqua dulci, uel ablutio oculorum & totius corporis cum ace-  
 to albo calido et succo citri in quo bullierint flores camomil-  
 le & c. Verum si crassa fuerit imprimis extenuantibus uti  
 oportet deinde discussorijs. Si a causis primitiuis fiat Auri-  
 go, tunc singule remoueatur, ut si morsus uiperarū sit in cau-  
 sa, i. curetur ad externas partes uirus deducendo & membra  
 principalia tuendo, Si cause sint per consensum a toto ut in  
 febris, remoueatur febris cū euacuatione sectione uenæ et  
 soluentibus pharmacis, deinde infrigidantibus, ne sua calidita-  
 te sanguis in bilem conuertatur. Si uero fuerit caliditas hepa-  
 tis uel alterius membri, remoue per infrigidantia, cauendo  
 obstructionem & membra demum roborando.

Cura Arquati ex multitudine bilis quatuor habet intentio-  
 nes prima est euacuatio, ne dum superfluit bilis ipsa sua multi-  
 plicationis sit causa, quæ fieri interdum debet cum sectione  
 uenæ interdum cum pharmaco ut casta māna Rheubarbaro,  
 electuario de suc. Ros. mes. Diaprunis sol. & c. secunda est hu-  
 moris præparatio et fit cū acetoso simp. syr. de endiuiā, uiol.  
 de cicorea, de suc. acetosæ de Agresta, de limonibus de acetos.  
 citri cum aquis & decoctis similibus. tertia intentio est dis-  
 crasiæ membri derelictæ remotio unde in causa calida conue-  
 nit tale Epithema, Recipe Aquæ endiuiæ li. i. ros. un. ij. sanda-  
 lorum spodijana. drac. i. aceti un. i. spicæ scrup. i. Misc. & cum  
 syndone applicetur hepati uel fiat ceratum sandalinum. Elec-



Quaria sunt triasandali diarhodon. Troc. de camphora. quarta intentio erit sex rerum non naturalium ad frigidum et humidum declinantium, de quibus satis alias diximus etc. Cura iſteritiæ ex obſtructione quatuor etiã intentiones requirit, prima humoris obſtruentis incifio extenuatio atq; referatio & fit cum ſyr. biſantino cum aceto. de duabus rad. rhodomel le oxymelle ſyru. de eupatorio de cicorea & c. cum aquis fœniculi Apij cuſcutæ & eupatorij, Conſulerẽ tamen in hoc ut prius ſtomachus cum caſſia uel pilulis aleoſophanginis purgaretur antequam iſta exhibeantur. ſecunda erit euacuatio quæ perſicitur cum ijs quæ bilem craſſam & pituitæ admixtã purgant ut puta cum rheub. Agarico Diaphinicone Diaturbit & enemate acri quod ad inteſtina ſuperiora pertingeret tertia intentio eſt palliditatis uel fœdi coloris ablatio et ocluſarũ uiarum apertio, & fit cum rebus aperientibus & urinã prolicientibus, ut cum decocto Apij fœniculi Aſparagi bruſci petroſelini aqua raphani, uel decocto marubij praſij cicerum rub. abſinthij Centauri minoris cuſcutæ uel cum inſuſione cartami in lacte moræ Auic. uel cum dialacca Diacurcuma dialcamento tro. de rheub. de eupatorio etc. quarta intentio ſit circa regimen quod calidum & aperiens, & extenuans inſtituatur. Curatur Aurigo ſi a facultatum ſiue Iecoris ſiue folliculi fel continentis imbecillitate fiat, prout de hepatis imbecillitate iam dictum eſt, & c.

#### Loci contentientes de cura morbi regiũ.

Gal. 9. de compoſ. med. per loc. cap. 1. Iſterici qui ratione Indicationis februm ſunt, curantur balneis aquarum potabiliũ, & olei diſcuſſorij affricu, omniumq; rare facientũ cistem, quale Anethinũ oleum et chamemillum. Qui uero regiũ morbum ex obſturatione incurrunt. per omnia quæcumq; ſtrenue extergẽt, etiã ſi medicamentariam ſubſtantiam habeãt, & calide

& calide sint facultatis, curantur. Conueniunt ictericis ex in-  
 flammatione hepatis quæcumq; inflammationes sanant. Si ue-  
 ro inflammatio & obturatio simul conincidunt, laxantibus  
 simulq; extergentibus opus erit, fugienda tamen quæcumq; me-  
 dicamentariæ substantiæ & calide facultatis existunt &c.  
 Auic. 15. trac. 1. cap. 6. scias quod intentio in curatione icteri-  
 tiæ ad duas res tendit quarum una est ut remoueat icteritia  
 cum eo quod resoluit ipsam a cute et ab oculo cum medicinis  
 lauiuis & solutione educentibus materiam facientem icte-  
 ritiam, Secunda uertitur ad causam & abscondit eam, & est  
 aut rectificatio complexionis, aut confortatio uirtutis, aut re-  
 gimen apostematis, aut apertio apostematis, aut apertio opi-  
 lationis, aut euacuatio per phlebotomiam basilicæ &c. Aet.  
 ser. 10. cap. 18. secatur uena quibus copia sanguinis una cum  
 bile in toto corpore abundat, aut quibus dolor uel distensio  
 circa præcordia fuerit. Et de purgatione loquens dixit. Qua-  
 re in principio purgare non oportet priusquã per deopilan-  
 tia bilis attenuetur, Namq; mali causam purgationes in prin-  
 cipio date præbuerunt &c. Gal. 5. de loc. aff. cap. ult. Quibus  
 morbus regius citra febrem accidit, urgente in dextra præ-  
 cordiorum parte grauitatis cuiusdam sensu, ijs omnibus ob-  
 struções aperiens & cibis & potibus & medicamētis ex-  
 tenuantibus, deinde medicamentum quod bilem ducere pos-  
 sit exhibens eorū plurimos una die sanitati restitimus &c.  
 Lege de his oibus intentionibus Arc. Gor. Mar. cat. et ceteros  
 prædicātes. De cibo & potu, et de alijs sex rebus nõ naturali-  
 bus, lege Auic. 15. c. 6. ibi & cibus quidē ictericorum et c. 7. ibi,  
 cibi in oibus illis sint cibi leues, uide eū susus, uide et alios su-  
 præscriptos authores. **Observationes in cura.**

Auic. 15. cap. 6. omnes qui habent ictericiam ex causa cali-  
 da deuent iram & motum primum & balneum &c.

## Conferentia morbo regio.

Conferunt icteriti. Absinthium cum apio uel adiantho, Acetosa, Acorus Aphodillus, Agaricum, Aloes, Alchechengi Assarum, Attriplex, Berberna, Betonica, ciclamen, calametum, chamedrys, chamepitis, Camomilla, Cassia, Siliqua, Centaurium, cartamum, curcuma, cuscute, Elleborus, Endiua, Eupatorium, Epatica, feniculus, lactuca, asini, lumbrici, lupulus, Marubium, Menta, Multipedes, aseliue, Nepita, origanus, Ponia, perdis, peucedanum, aqua raphani, Rheubarbarum, Rosmarinus, Rubea, tinctorum, aqua salicis, sulphur cum ouo, Scariola, scolopendria sine citrach, stercus asini, pulli, bibitum, Tamarindi, Tamariscus, Vrina, Vrtica, hisopus, Composita sunt, confectio de rauedensi de eupatorio mes. Decoctum fumiterræ et coltule, Diarhodon, nic. electuarium de psyllio, Rosatum mes. Diaphinicon, oleum de cartamo de absinthio, Syrup. bisantinus de fumoterra de Absinthio, de cicorea cum rheub. Oxymel scilliticum, Sotira nicolai, Theriaca, Triasandali, Triphera persica mes. Triphera saracenicæ nic. Tro. de rheu. de rosis de eupatorio de camphora uinum scilliticum pilule inde de fumoterra &c.

## De pronosticis morbi regij.

Hip. apho. 4. apho. 62. Quibus in febris morbus regius ante diem septimum acciderit, malum. Et apho. 64. eiusdem lib. Quibus in febris morbus regius septimo uel nono uel undecimo uel quarto decimo superuenerit, bonum, nisi dextrum hypocondrium obduruerit, si uero non, bonum. B. Morbum regium in febris accidere ante septimum, malum ex eo est, quia uel ab inflammatione uel a duro hepatis tumore uel ab ipsa obstructione oriri indicat, post septimum uero, bonum, nisi ex dictis quispiam affectus hepatis acciderit. Vide tamen pro apho. isto hip. 4. de uic. in morbo ac. com. 81. Hip.

aphor. 6. apho. 42. Morbo regio laborantibus, si fiat hepar durum, Malum est. Et apho. 5. Qui morbo regio laborant non admodum uentosi sunt. B. quum nec uentris imbecillitate nec pituitoso humore a quibus fieri solet ipse, status, icterici laborant, ideoque flatuosi non esse possunt.

Auic. 15. cap. de ic. In omni opilatione in meatu hepatis ad fel, aut in meatu fellis ad intestina quæ est ex incarnatione, aut porro non speratur sanitas. Et in eo qui habet icteritiam frigidam qui non curatur nec resoluitur eius materia est timor, Et pluribus eorum associatur mors subita. Et quando multiplicatur remanentia urine albæ cum ictericia, aut parum tincta est deterius & magis timendum ne cadat habens eam in hydropem, Et ad sumum dum non remouetur apostema & rectificatur dispositio, nõ habeas spem in curatione ipsius icteritiæ &c.

Autores dissentientes circa morbum regium.

- 1 Adserere icteritiam ante septimum apparentem semper esse malum indicium.
- 2 Adserere icteritiam post septimum apparentem absque tu more hepatis esse bonum signum simpliciter.

Confutatio dissentientium circa morbum regium.

Ad primum. Respondetur esse uerum, nisi icteritia cum alia euacuatione coniungatur ut puta cum sudore uel uentris fluxu nam tunc est bona & hoc uoluit Gale. in fine commen. 62. 4. apho. Ad secundum. Respondetur q̄ icteritia proueniens in 7. 9. & 11. non est iudicanda bona nisi materie concoctio præcesserit & hoc uoluit Auic. Vbi de signis icteritiæ determinat unde inquit si icteritia accadat in septimo aut nono, cum signis laudabilibus sine hepatis læsione tunc erit bona, si minus neutiquam. Igitur non simpliciter bona &c.

## De splenis affectibus.

Scias q̄ omnia morborum genera huic membro accidere possunt, sicuti Intemperies calida frigida humida sicca, siue nuda siue cum aliquali materia qualis est imbecillitas splenis aut mala compositio aut obstructio quæ nihil aliud est quam morbus in uis lienis prohibens naturalium aut superfluarū humiditatum transitum quæ per ipsum transire naturaliter consueuerunt, aut solutio continui qualis est dolor qui est sple- nis quædam tristic sensatio non per carnem ipsam splenis sed potius per paniculum eam contegentē facta. Hinc etiā absces- sus plures enumerātur species ut dura mollis biliosa sâguinea.

## Loci consentientes de splenis affectibus.

Auic. 15. tra. 2. cap. i. spleni accidunt omnes species ægritu- dinum, quæ sunt mala complexio compositio sicuti opilatio- nes & solutio continuitatis & similia, & apostemata cum speciebus suis & c. Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. Quum itaque splen multa habeat accidentia cum hepate communia, illa nulla re differre uidentur nisi quod quædam magis quædam uero mi- nus alterutri euenire solet & c. Lege de alijs Arcul.

## De causis affectuum lienis.

Causæ imbecillitatis splenis est ipsa intemperies calida frig. humi sicca & c. Causæ obstructionis sunt uel cibi crassi et a- trabilarij, aut aliquod apostema uel status crassi obstructes, Causæ doloris est soluta continuitas siue a mala intemperie, siue ab apostemate siue a flatu crasso facta. Causæ apostema- tum splenis procatartica sunt aer crassus uinum crassum & cibi atrabilaris. Causæ antecedentes & coniunctæ nonnullæ per se existunt, aliæ per consensum, per se sunt uel expultrici- imbecillitas uel attractoriæ fortitudo aut alteratrici debili- tas, aut obstructio illius uenæ per quam atrabilis ad os sto- machi defertur, Materia uero efficiens apostema uel est san-

guis niger, uel alij humores quamuis raro pituita. Per consentum sunt totius ut in febris uel partis, ut in hepatis intemperie aut in uteri menstrua retinentis, &c.

Loci consentientes de causis affectuum lienis.

Quod intemperies sit causa imbecillitatis lege Gal. 5. de loc. aff. cap. ult. ibi omnium facultatum essentia &c. & 6. de simp. pt. cau. cap. 1. Auic. 15. Tr. 2. ca. 9. opilatio quandoq; fit ex uentositate quandoq; ex apostemate & ab humoribus secundum quod sciisti &c. Gal. 9. de compos. med. per loc. cap. 2. splen. & natura celerrime indurari solet sanguine nimirum in uenis obturato, & ob crassitatem, neq; excerni neq; discuti facile potente Auic. 15. cap. 13. Dolor splenus aut fit propter uentositatem & inflationem aut propter apostema magnum aut propter solutionem continuitatis aut propter malitiam complexionis &c. De causis apostematum lege fusius Arcul. 9. almans. Alexan. lib. 3. cap. 25. oboriuntur in liene non raro ut dictum est inflammationes quarum uniuscuiusq; singuli humores possunt existere causa ut sanguis bilis etc. Similiter Auic. loc. cit. ubi inquit sed phlegmaticum accidit raro, Lege neotricos omnes praesertim Arcul. & Gord.

De signis affectuum lienis.

Signa temperaturae calidae sunt sitis inflatio lienis, corruptio attractoriae facultatis, Signa frigidae sunt, casus appetitus, fastidiosa facies, Rugitus ac ructus copia imbecillitasq; attractoriae facultatis, Signa siccae sunt durities corporis imbecillitas, crassities sanguinis, & color nigerrimus, Signa humidae sunt, corporis molities nigredo ad albedinem decliuis, & cat. Signa obstructionis sunt grauitas lateris sinistri, distentio & dolor, nec adsunt signa alicuius abscessus. Signa attractoriae facultatis sunt totius corporis ex sanguine impuro nigrities & obstructio, Signa retentricis

affectæ sunt uomitus sine febre uel alia occasione. Signa Inflammationum lienis cognoscimus ex dolore feruore distentione febre & ex eo q. ad tumidam duritiem quæ scirrhus dicitur Paulo post desinit, ijs etiam os fetet gingiua exeduntur ulcera in cruribus cicatricem non recipiunt, deinde affecto Iecore hydropici fiunt & c.

Loci consentientes de signis affectuum lienis.

Auic. 15. Trac. 2. cap. 2. calidam significant complexionem fitis & inflatio in sinistro & corruptio uirtutis attractiua, Frigidam significant debilitas attractiones & casus appetitus & iteratio fastidiosa facietatis & c. lege cum ulterius, De signis obstructionis lege Paul. lib. 3. ca. 49. ibi. At si lienem grauatas & distentio & etiam dolor exercent, meatus obstructio ostenditur & c. De signis facultatum lienis loquitur Gale. 6. de loc. aff. cap. 1. ibi, si alteratrix facultas imbecillis sit sanguis ex iecore in uniuersum corpus impurus transmittitur, quo circa color nigrior euadit, si uomitione uero sanguis melancholicus excernatur qui per inferiora interdum decedere uidetur, Indicium est q. retentrix facultas imbecillis sit, At si euacuatione suppressa mæstitia melancholica superueniat & cibi auidissime concupiscantur acida maxime existente quæ ad uentriculum transfertur melancholia, expultricem laborare Indicium est.

De signis apostematum lienis loquitur Paul. loc. cit. ibi Inflammationis notæ sunt feruor dolor distentio & Paulo post induritiem occalescit, hoc pressis uitio os fetet, gingiua exeduntur & c. B. quæ gingiua corrodantur ratio est quia uaporis corruptio ad partes gingiuarum ascendens eas exedit. Lege de his Aui. de signis apostematum splenis, ibi, communicant apostemata splenis in grauedine magnitudine & c. Lege etiam Alexan. tral. lib. 3. cap. 25. Item Arcul. & Gord.

## De cura affectuum splenis.

Cura complexionis simplicis est alteratio & regimen contrarium ita ut causa remoueat. Si uero fuerit mala intemperies calida cum humoribus tunc tres opus erunt intentiones prima alteratio sine humoris digestio quæ fit cum syrupo acetoso simp. syr. uiol. de endiuia de fumo terre de lupulis cum aquis endiuia fumiterre lupulorum cicorij &c. secunda erit euacuatio quæ fit cum rheubarbaro, manna casia pillulis Aureis aggregatiuis electuario de suc ros. &c. tertia est resolutio debilis cum roboratione membri, ita ut mala intemperies remoueat & fit cum zucchero ros. uiol. triasfandalis Diarhodone uel per ea quæ extrinsecus adhibentur inungendo cum oleo rosaceo uioleaceo &c. Temperies uero frigida curatur cum his quæ humorem pituitosum præparant quale est oxymel. simp. & compos. scilliticumque rhodomel. syr. de duabus rad. bisantinus. Euacuatio cum agarico, hiera Gale. diaphinicone &c. Remouetur mala intemperies derelicta cum electuario diamusc. dul. de baccis lauri, unguendo extrinsecus cum oleo de spica de ruta de capparibus &c. Cura materie uentose similiter digeritur euacuatur ac resoluitur, & pro resolutione conueniunt, diacimium. Diatriopipereon Thyriaca. Extrinsecus resoluunt fortius ex anetho ruta pulegio calamento. f. anisorum cimini feniculi, similiter oleum rutaceum de capparibus &c. Cura inflammationum quatenus ad causam antecedentem attinet, euacuatione & reuulsione indiget, quatenus uero ad causam coniunctam tunc sicuti in alijs abscessibus in primis repellendum, in morbi incremento repellentibus cum aliquali resolutione utendum, in statu et declinatione resoluendum nisi abscessus in suppurationem uertatur, quia tunc suppurantis opus sunt, Euacuatio igitur in causa antecedente, si humoris



copia cum sanguine abūdet tum uena cōmuni, tum ab ea quæ  
inter anularem & minimū digitum collocatur sectio fieri  
debet uel retentis menstruis uel hemorrhoidibus a uena in  
talo pedis, Euacuantur alij humores præparata prius cum co  
ctione eorum materia per ea quæ millies dicta sunt. Reuulsio  
fiet cum enemate splen respiciente aut hemorrhoidarum &  
menstruorum prouocatione &c. Cura apostematis duri tres  
similiter requirit intentiones, prima præparatio humorum  
cum syrup. de epithimo fumoterræ oxymelle &c. secūda euac  
uatio quæ fit cum cōfectione Hamech casia Myrobalanis in  
dis epithimo &c. pilulis indis de fumoterræ de lapide lazuli  
&c. tertia est mollificatio & resolutio quæ perficitur cum  
unguentis ceratis cataplasmate fotu &c. de quibus plura habes  
iuxta Arcul. & Gord. Cura facultatum affectarū his met  
remedijs perficitur si modo quidpiam austerum adiungatur,  
&c. Cura doloris est ut eius causa remoueatur, quæ si fuerit  
mala intemperies calid. frig. per contraria remouebis, si fla  
tuosa materia curam habuisti, si ex inflammatione cura ea  
rum cura & utere anodinis prout alias in alijs doloribus di  
ctum est, Cura obstructionis splenis fit perinde ac de icteritia  
dictum est, &c.

Loci consentientes de cura affectuum splenis.

Gal. 13. meth. cap. 2. Vbi lien phlegmone inuadit, in sinistra  
manu secanda est uena, siquidem quod euacuandum sit, cōmu  
nis est indicatio. Et. 9. de comp. med. per loc. cap. 2. deinde at  
tenuantibus opus est pharmacis citra manifestam caliditatē,  
ut ne uehemēter in crasseat succus crassus in ipso obturatus,  
Quo uero actiones ipse conferuentur ex austeris aliquid his  
admisceatur quale etiam adstringentium genus, ea gratia igitur  
amara ualde medicamenta ipsi offerimus, & quedam ex  
austeris ipsis admiscemus, Et. 13. meth. cap. 16. Quotiens ob

structio que in eum incidit aut phlegmone potissimū ad scirrhū perueniunt, tum ea que obstructiones eximant, tumq; dissecant ualentiora exigit. Nam quale medicamentum Iecori est absinthium, tale est lieni capparidis cortex & quale est iecori eupatorium tale est spleni scolopendrium & c. Alex. lib. 3. cap. 23. calidiori & sicca lienis intemperatura cōtrarij medicamentorum auxilijs frigoricis & humectantibus subueniendum est, frigida uero & humida calorificis, & arefacientibus præfidijs succurrere expedit, & c. lege eum fusus nam, ibi, plura ad curam facientia intelliges, & demum omne genus eduliorum in morbis splenis congruentium, etiam percipies, Lege in super Arcul. Mar. cat. & Pau. lib. 3. ca. 49. & Auic. 15. Tract. 2. cap. de cura splen. Item Aet. & Gord. et omnia a me recitata intelliges.

#### Obseruationes in cura splenis.

Gale. 13. meth. cap. 16. Valentiora tanto magis lieni congruunt quanto crassiori utitur alimento & c.

Auic. 15. tra. 2. cap. 3. est proxima curationibus hepatis & indiget ut sint medicina fortiores & penetrabiliore, penetrare uero faciunt ea que obseruant uirtutem super eos quousque perficiunt operationes suas, & c.

#### Obseruationes de phlebotomia.

Auic. loc. cit. cap. 3. Et phlebotomia plurima apostemat splenem euacuando subtile, & remanendo crassum, idcirco Razes dixit non multum referre de uena secanda, dummodo uulnus illatum longe pateat.

#### Obseruationes circa localia in cura splenis.

Auic. loc. cit. cap. 6. Applicanda in curatione, seruet latus sipticiratis, sed cum cautella calefactionis uehementis, ne materia ad crassitiam et duritiem festinet, nam ambo uiscera ad duritiem opportuna sunt, sed misceantur cum eis medicina,

in quibus sit incisio aliqua cum caliditate equali. Et cap. 7. & scias q. res calide ualde nō sunt multum conuenientes spleni propterea q. indurant & exiccant & prohibent a resolutione & c. Itidem fatetur Paul. & Gale.

#### Observatio circa medicamenta.

Gale. 13. meth. cap. 17. Sane duplex ratio est eius medicamentorum usus quum partes superiores posite laborant per ea quae eduntur & bibuntur, inferiores per id quod fit per clysterem infusum & c. Paul. lib. 3. cap. 49. cibus competit tenuis acris siccus potio paucissima.

Auice. 15. tra. 2. cap. 7. omne lac praeter lac camelarum est malum spleni. Et in administratione ciborum melius est ut administrantur ante eos balneationes longe deinde assumat incisua subtiliatiua & facientia sitim & sumat in potu uinum mixtum cum aqua marina & subtili & regimen per tres dies. Lege Gal. 13. meth. cap. 17. ibi scirrho laborantibus conuenientia medicamenta & c. lege etiam Alex. tra. lib. 3. ca. 23. nam fusissime de omnibus cibus ibi pertractat & c.

#### Nocentia spleni.

Nocent spleni, lagana, bouinae carnes, dactili, ficus, lac, lentesc, uinum dulce crassum nouum, aqua cruda frigida, omnia unctiuosa, legumina, olera, caseus antiquus salitus, aues aquaticae omnes fructus aquosi omne splen, & omnis aer crassus paludosus autumnalis & c.

#### Conferentia spleni.

Conferunt splenis affectibus frigidis, absinthium, acorus, agaricus apium ammoniacum, agrimonium, assarum, aristologia betonica, camedrys capparis, caules, cyclamē, cyperus, costus, ebulus hederæ helleborus epithimum lapatium, lapis lazuli, lapis armenus, lentiscus, liliū, mel, menta mercurialis, nasturtium, nux mosch, ova origanum, passula, pastinaca,

peonia politricum, pulegium, prasiū, pulmo uulpis raphanus, ruta, radix capparorum, radix genestræ, salvia sandaraca, sena, serpillum, stechas scolopendrium, spica squilla, tamaris, urina hominis, urtica, hisopos, iris uinum extinctio nis auri & c. Composita calida sunt diacurcuma diatrion pipe reon syro, de calamēto de stæchados de absinthio de fumoter ræ, troc. de absinthio de capparibus, hiera & c. Frigida sunt simpl. acetū scilliticū aqua calibeata bleta, corallus, cornucet ui nstū, lactuca asini morus mirobalani oēs uitis uiola & c.

## De pronosticis affectum spleni.

Auic. 15. tra. 2. ca. 4. si spleneticus inuenit dolorem interio rem est magis saluus quia in ipso adhuc speratur sensus, 2. Quando accidit fluxus uentris cum sanguine est melius quia speratur cum ipso resolutio materiei splenis, si autem perseue rauerit aduenit ei lubricitas hydropica & morietur, 3. Qui catharrhum habet non ei accidit splen. B. quia humiditatis co pia, humidam intemperiem arguit, ex qua raro atrabilis con tingere solet, 4. Qui habet dolorem in splene suo, et currit ex eo sanguis rubeus, & apparent in corpore eius ulcera alba non ludentia morietur in die secundo & si non cadit appe titus, 5. Quandoq; terminantur apostemata splenis fluxu san guinis narium, & proprie ex latere sinistro, & apostemati bus apud aures difficilis suppurationis, & apertionis pro pter grossitiem materiei, 6. Et laudabilior urina eorum est crassa sanguinea, & urina in qua est sex uiscosa, quandoq; si gnificat sanitatem splenis & destructionem eius. Vltimo in quit apostemata splenis conuerti ad iecur, malum econtra ue ro bonum. Hip. aphor. 6. aphor. 43. Quicumq; lienosi difficul tate intestinorum capiuntur, ijs superveniente longa difficul tate intestinorum aqua intercutis aut leuitas intestinorum aduenit & moriuntur. Et aphor. 6. aph. 43. lienosis difficul

tas intestinorum superueniens, bonum. Lege etiam de hac re aphor. 22. tertij l. b. ibi autumno uero & c. lege etiam Arcul.

Authores dissentientes circa morbos splenis.

- 1 Adserere, materiam in splene posse educi conuenienter per uias urinae.
- 2 Adserere, omne genus lactis in splenis duritie conferre.

Confutatio dissentientium circa morbos splenis.

Ad primum impugnat Gal. 13. meth. cap. 17. ubi inquit gibbum hepatis expurgari per renes sed lien per intestina, quum per renes euacuari, nulla lieni uacuando uia pateat.

Ad secundum respondetur quod lac ex eo q. obstructione inducit nequaquam conceditur, uerum quum lac camelarum a proprietate lieni conferat idcirco laudatur ab Auic. et hac ob causam non omne genus lactis conceditur & c.

De malo habitu.

Malus habitus quem Graeci καχεξια, dicunt, est praecua quaedam ad hydropem dispositio ex mala hepatis concoctione proueniens, & c.

Loci consentientes de malo habitu.

Paul. lib. 3. cap. 47. Principia aquarum cutem subeuntium uocare graeci καχεξια latini malum corporis habitum consueuerunt. Aet. ser. 10. cap. 19. Quum corporis habitus in aquo sitatem diffunditur καχεξια a graecis appellatur. Auic. 14. tra. 2. cap. 3. Quum corrumpitur digestio hepatis et communicat uer ipsum debilitas, in primis accidit dispositio ad hydrospem antecedens & uocatur chachexia & c.

De causis mali habitus.

Cause ipsius chachexiae sunt longitudo alicuius morbi, durities splenis uel hepatis, consuetarum excretionum prohibitio, deprauata hepatis siue stomachi alteratio quae si omnino corrumpatur non amplius cachexiam, sed aliquam hydro-

pis speciem efficiet, deni. j. quæcumq; cause hydropis esse possunt, dum leues existant, omnino cachexiam inducunt, & c.

### Loci consentientes de causis mali habitus.

Aet. sermone decimo, cap. decimonono. Hæc affectio ut plurimum ex longo morbo congregatur, aut ex uiscere quosiam in scirrhum indurato, maxime hepate splene, aut a consuetæ & cohibita excretionè aliqua. Auicen. 14. tract. 4. cap. tertio fit a corruptione digestionis uel ab hepatis imbecillitate, & quandoque accidit propter congregationem aque in pulmone, & c. B. hanc met sententiam habes ex ipso cap. de signis peripneumoniæ ibi, & quando prolongatur tempus cum peripneumonia facit incurrere agrum in inflammationem pedum, & c.

### De signis mali habitus.

Primum corpus albicat uel flavescit ob totius malam intèriem, concoctiones impediuntur ob hepatis uel uentriculi imbecillitatem, remanet tamen ciborum appetentia a frigido elicitæ, deinde fastidium & effectus animi accidit ob uenensam materiam ad cor exhalantem, respiratio rara ob consensum pulmonis uel diaphragmatis, extrema corporis inflantur, præsertim si anasarcham cachexia præcedat. Urina & sudor paucus ob aquosam humiditatem retentam, quæ per consueta loca expurgari nequit, testiculi inflantur, dummodo asciten cachexia præcesserit, ulcera adsunt incurabilia ob sanguinis sinceri defectum & c.

### Loci consentientes de signis mali habitus.

Aet. ser. 10. cap. 19. In hac affectione uniuersa corporis miscella laxior fit ac emollescit, corpusq; totum cum uirore albicat, ac inualidum est, nam inter eundem crura uacillat, concoctiones in primis, manente etiã appetitu, impediuntur fastidium accidit,

respiratio fit rara ac debilis quæ motibus ac actionibus condensatur. Lege Auice. loc. cit. cap. 3. ibi, in primis permutatur color corporis & faciei ad albedinem & citrinitatē, & apparet inflatio in palpebris & facie & extremitatibus manuum ac pedum & c. & intelliges cætera a me dicta & c.

#### De cura mali habitus.

Cura requirit quatuor intentiones. Prima erit circa regimen ita ut ager in cibo & potu parcus sit, non comedat ad satietatem, nec nisi celebrata digestionē sitire ac famescere in hoc casu utile, fugienda est ciborum multiplicitas aqua interdicitur, nisi alia cogeret necessitas. Cibaria igitur in hoc casu sint calida tenuia & exiccantia præsertim in causa frigida, in calida uero e conuerso. Secunda, est euacuatio unde si a menstruis uel hemorrhoidibus suppressis morbus proueniat uel ab alia excretionē prohibita, fiat sectio uenæ, si uero a uitiatis humoribus, tunc purgatio ex hiera utilis est uel ex agrico pillulis de rheub. hieralogodione electuario in do diaphaniconē prout materia exigerit. Tertia intentio est humorum præparatio, unde si fuerit bilis mixta cõuenit syr. bisantinus de endiuia cum aquis absinthij cicorij, & in materia non ualde frigida ualet syr. de eupatorio acetosus simpl. & in materia crassa ac uiscosa oxymel scilliticum syr. de absinthio, et in materia melancholica syr. de epithimo de hisso & c. Conueniunt etiam in hac intentione diacurcuma dialacca triasandali, diarbodon, troc. de ros. de absinthio & c. Quarta intentio est diuersio quæ fieri potest per uomitum, quia extrahit ab hepate per uenas meseraicas tum quia ex infimo loco materias eradicat, tum quia a stomacho & ab adiacentibus partibus optime auertit, clysteres etiam laudantur eo quia a stomachi fundo euacuat, tum quiaeductio per uentrem naturalis magis est, quam per uomitum & cæt.

## Loci consentientes de cura mali habitus.

Aet. serm. 10. cap. 19. Cibi eorū sunt simplices qui facile con-  
coqui possint, & c. lege cum fufius. Auic. loc. cit. ca. 4. cibus ha-  
bentium cachexiam fit ex eis in quibus est suauitas & confor-  
tatio naturae sicut alcubungi. i. perdicis & sint uina eorū odo-  
rificata cum eis quae sunt gariophilli cinnamomum crocus,  
& c. & ex fructibus granata dulcia, & de citonijs parū non  
nocet, & misceantur cum cibus ea quae sunt sicut sinapis por-  
rum allea, & c. Paul. lib. 3. ca. 47. uictus fit tenuis siccus & c. De  
euacuatione loquitur. Aet. loc. cit. ibi si hęc affectio ex cōsuetae  
excretionis cohibitione contingat, excretionem irritare ex-  
pedit, aut uenam incidere si nihil praepediat. si minus uena in-  
cidenda sit conuenienti purgante pharmaco, & maxime ex  
hiera oportet & c. Auic. loc. cit. considera an humores sint cho-  
lerici & educantur solutione uentris cum hiera picra, nam  
educit superfuitates absq; humiditatibus innatis etc. lege cum  
fufius. De humorum preparatione lege Arcul. & neotericos  
lege etiam Auic. ibi, & ex eis quae conferūt eis ualde sunt sy-  
de absinthio in ieiuno, mitridatum & diacurcuma & dialac-  
ca & diaspermaton & c. De ultima intentione lege etiā Auic.  
ibi, & utatur uomitu ante cibum, est enim regimen bonum  
eis in principio rei cum raphano infuso in syr. acetoso & in  
fine cum helleboro, & c.

## Obseruatio in regimine.

Auic. 14. tra. 4. cap. 4. oportet quod regimen eorum sit, su-  
perfluitates prohibens, & c.

## Obseruatio in sectione uenae.

Paul. lib. 3. cap. 47. ijs qui copia uitiosorum humorum la-  
borant uacuatio sanguinis per uenam noxia est, purgatio au-  
tem ex hiera per multum utilis. Auic. loc. cit. ante uenae sectio-  
nem praecedant quae sanguinem purificant qualis est hiera.



## Observationes de solutione uentris.

Auic loc. cit. primum humorum qualitates considerentur & purgentur, q. si nouissime materia aggregetur figi eam non permittas, sed reiterata purgatione educes. Secundo, ea uendum ne eorum stomachi a solutiuis ledantur quare cum soluentibus aromatica sunt admiscenda. Tertio, sex purgationum modos enumerat. Primus, per ea quæ uentrem soluant & obstructions aperiant. Secundus, per clisteria attenuantia & resoluentia. Tertius, per moderatum exercitium & per paucitatem potus. Quartus, per balnea cum aquis, nã calidis. Quintus, per uomitum ante cibum. Sextus, per cibos exiccantes aperientes & attenuantes cum aromaticis, &c.

## Conferentia malo habitui.

Conferunt cachexiæ spica, cinnamomum, absinthium, eupatorium, semen urticae, chamæpitis urina, hominis, helleborus, sansucus, ericius handacocha. Confectio alchechengi, de rauesfeni, conditum de buglossa diacurcuma dialata, diacostum mes. empl. Alex. mes. omorusia Auicem. theodoricon magnum hali, theriaca diatesseron triphera minor, pilula de rheub. de alchechengi mes. troc. de diarhodon, de rosis, de rheub. de eupatorio, syr. acetosus de diarhodon de absinthio de fumoterra, de eupatorio, de squinanto uiatricis, etc.

## De pronosticis mali habitus.

Aet. ser. 10. cap. 19. Senes facile hac affectione capiuntur, maximeq. liberantur, pueri uero facile per eunt ob uitalis roboris imbecillitatem, aut ex succis ob cutis raritatem facile transpirantibus, Qui in uigore sunt raro incidunt, facileq. inde se extricant, quum uero malum diutius durat in aquam intercutem transit &c.

## De hydropo.

Hydrops est morbus a materia intra peritoneum contenta que

que ab hepatis imbecillitate prouenit factus, ex quo uenter intumescit & interdum reliqua membra. Huius tres sunt species prima ἀσκήτης. i. utri cularis, secunda est τυμπανίτης. i. Tympania tertia ὑπόσπασμα καὶ ἀνασπασμα uel λευκοφλεγματία. i. pituita alba dicitur, Ascites est morbus in quo uenter, & crura intumescunt, Superiores autem partes gracilescunt ac marcescunt, Tympanias autem est morbus in quo plus flatuosi spiritus inuenitur, & minus humoris ita ut si uenter percutiatur tympani modo crepitum elidit, Anasarca uero est morbus quo totum corpus albidum redditur atq; humore circumluitur, ex quo aegris pudenda peruertuntur & febres accidunt, &c.

#### Loci consentientes de hydropo.

Auic. 1.4. tr. 4. ca. 5. Hydropicis est aegritudo materialis, cuius causa est materia exuberans frigida & ingrediens membra &c. Aet. ser. 10. cap. 20. Hydropis differentia tres sunt alius enim ascites ab utro dicitur, alius tympanitis a tympano, tertius sarcites iuxta carnem a grecis leucophlegmatias nominatus &c. hoc idem sentit. Paul. lib. 3. cap. 48. & Alex. lib. 3. cap. 29. ibi, hic morbus &c. Gal. lib. finit. med. Hydrops, que anasarca, i. per carnem dicitur, est quum totum corpus intumuit ademat atq; humore corpus circumluitur &c. Ascites, i. utricularius est in quo uenter & serotum cruraq; intumescunt, superiores autem partes extenuantur, &c. Similiter, Tympanias est quum in uentre spiritus plus inuenitur humoris minus, & si quis pulsauerit sonus exauditur, &c. lege etiam Gal. de hac re aphor. 4. com. u. Obiectio.

Quur tres tantum species facis quum Theodorus libr. 5. quatuor enumeret. s. anasarcam hyposarcam Tympanicem et ascitem. Præterea hyp. 4. de uic. in mor. ac. tex. 3. duas tantum species esse declarat, una quidem hyposarca, altera cam in-

flationibus.

Responſio.

Diſtinctiones interdum dantur penes nomina rerum, Interdum uero penes cauſam efficientem, Interdum penes locum laſum, Erunt igitur quatuor ratione nominis ut Theodorus, Erunt duæ ratione loci, nam aut in omnibus membris continentur, aut tantum in concauitate uentris, & ſic erunt duæ ſpecies, ut hip. erunt tamen tres ut diximus quia cauſæ tres ſunt, &c.

## De cauſis hydropiſ.

Cauſe efficientes, & primitiue ſunt omnis cauſa exterior nocumentum in digeſtione imprimens & imbecillitatem maiorem quam in cachexia inducens, Regimen inordinatum in ſex rebus non naturalibus percuſſio caſus & offeſſio ſuper hepar &c. Cauſe antecedentes ſunt mala diſpoſitio hepatis uel aliorum membrorum quæ prouenit, uel a mala intemperie nuda uel humoralis uel a ſoluta continuitate, uel ab aliquo abſceſſu digeſtionem impediente. Cauſe per conſenſum erunt uel a toto ut in febris quæ calorem hepatis innatum imbecillitant & digeſtionem præpediunt, uel euacuationes ſuperflue calorem innatum extinguentes ſicuti euacuationes per uentrem per uomitum per ſudorem per mēſtrua, per ſanguinis fluxum, &c. uel erunt a membris particularibus, ut puta a pulmone diaphragmate abſceſſum uel aqua patiente, uel a ſtomacho ob malam eius intemperiem uel a ſplene ob eius magnitudinem & duritiem &c. Cauſa coniuncta eſt materia ipſa frigida membra alterans & in tumorem attolens cum imbecillitate hepatis & digeſtionis eius aſidue illam materiam regenerantis &c. In anaſarca igitur erit materia pituitoſa penetrans cum ſanguine per membra, In aſcite erit materia aquoſa citra peritonium contenta, In tympanitæ eſt materia uentoſa in illas partes diſfuſa &c.

## Loci consentientes de causis hydropis.

De causis primitiuis lege neotericos præcipuè Arcul. & Saonarolam Gordonium platearium & reliquos De causis antecedentibus lege Auic. 4. Tra. 4. cap. 4. ibi cause uero antecessentes sunt omnes ægrotudines hepatis cõplexionales instrumentales sicut paruitas & opilationes & apostemata calida frigida mollia & dura & c. lege eum fufius Gal. 5. de lo. aff. cap. 7. In omnibus corporis partibus tum supernis tum inferioribus pituitosus sanguis contineri conspicitur in ijs moribus quos græci anasarca & leucoplegmatias nominat. perinde consentaneum est ut ob visceris refrigerationem cibum iam redditus in sanguinem transmutari non possit, & c. & inuenies per consensum etiam affici, ibi laborans aqua intercutem molestari uidetur uitio existente in liene uel in Ieiuno uel pulmone, uel renibus aut tenui intestino aut mesenterio aut ubi sanguis plurimus per hæmorrhoidas excernitur, aut ob muliebri profluuio aut quum retinentur menstrua, aut aliam ingentem uteri dispositionem & c. De causis particularibus loquitur Aet. ser. 10. cap. 20. ibi. Ascites fit quum inter pelliculam peritonæum appellatam, & intestina plurima aquosi humoris collectio fiat Tympanias quum status aere repleti ac superflui plurimam collectionem facit & c. Sarcites uero ab aquosa pituita ortum habet & c. Hoc idem sentit Au. 14. Traçt. 4. cap. 4. ibi Ascites causa est materia aquosa effusa in spatium uentris inferioris & c. Vide Gal. de causis hydropis. 2. de naturali facul. cap. 7. Item. 4. apho. com. ii. ibi quibus tormina. & c. Item. 4. de præfag. expulsibus capite de meningæ affecta, Item pronost. i. text. i. ibi cuiusuis aquæ intercutis genitura est ubi sanguificationis officium intercitat & c. Hip. apho. 7. apho. 71. a pituita alba aqua intercus superuenit. Vide Gal. in com. Vide etiam Paul. & Alex. lib. 3. cap. 19.

## De signis hydropis.

Signa hydropis in genere octo sunt primū est uitiatus color iuxta hepatis intemperiem. ut in frigida albus & liuidus in calida flauus uel rubeus secundum est inflatio oculorum et pedum ut in anasarca, excipitur tympanias in quo nullus tumor nisi in uentre cernitur tertium sitis inexhausta, quia humor in his locis retentus salsus est & putrefactus. quartum ciborum fastidium. s. in calida hydropē, nam in frigida appetitus inualescit. quintum urinae paucitas rubrae praesertim in ascite & anasarca ubi nulla fit separatio sanguinis & bilis, sextum febres mites ac tepidae septimum accidunt ulcera, oedemum nihil cruentum secerni solet maxime in ascite et tympania, & cetera.

Signa particularia Ascitis sunt grauitas sensibilis in uentre, etsi percutitur nullum sonū emittit, sed aqua a latere ad latus commota cernitur, Tactus est utris aquae pleni, Nulla adest membrorum magnitudo, cutis tensio, paucitas urinae pulsus paruus frequens, & ad duritiem decliuus. Signa hypofarcae sunt Inflatio totius corporis uelut in defuncto corpore, Impinguantur membra & proprie facies & cum premitur digito remanet fouea, Nulla adest suminis inflatio aut commotio ut in ascite & tympanite, fluxus interdum sanguinolentus, Pulsus undosus lates et lenis, Signa tympanitis. Egre dicitur sumem plurimo exitu nulla adest grauitas, sed tensio plurima, membra ad ariditatem tendunt, & percusso uentre sentitur sonus utris flatu non aqua pleni, adest ructationis uoluntas ex qua leuius se habet, pulsus ut plurimum uelox & frequens ad duritiem decliuus, nulla adest inflatio pedum, & cetera. Signa distinguuntia hydropem a praegnanate sunt quia ab umbilico infra praegnantis uenter extenditur in hydrope uero infra & supra, & cetera.

## Loci consentientes de signis hydropis.

De signis in genere hydropis lege Auic. 14. tract. 4. ca. 8. ibi omnes species hydropis sequitur corruptio coloris & c. lege hunc locū fufius Gal. 5. de loc. aff. cap. ult. In anasarca per alium nihil cruentum, neq; in ascite neq; in tympania fecer- ni solet, sed spatium quod est inter peritoneum, & partes ei subiacentes aquoso humore impletur his uero qui ex frigida aqua potu, hydropes facti sunt, uehementes ciborum appeti- tus fiunt, & c. De signis particularibus mentionē facit Alex. lib. 3. cap. 29. ibi quum in uentre circa abdomen humores aquo si collecti fuerint & c. Lege etiam de hac re Auic. 14. cap. 9. ibi cum ascite est grauitas sensibilis in uentre & c. & cap. 10. loquens de anasarca inquit apparet inflatio in corpore toto sicut accidit corpori mortuo & c. & cap. 11. In tympanite, e- greditur sumen plurimo exitu, & c. Vide fufius Arcul. & Sa- uon arolam. Hip. pronost. 2. text. 2. ibi, si quibus ex inani parte consistit hydrops, & c. lege etiam fufius Gal. in hoc com. & c.

## De curatione hydropis.

In Ascitis cura tres tantum intenciones insurgunt, quarū prima uersatur circa uitæ regimen, ita ut sex res non natura les ad caliditatem & siccitatem uergant quum causa ascitis sit frigida & humida. Nam hepar et si, a causa calida primū molestetur, nihilo minus ex imbecillitate & spirituum reso lutione tandem frigescit, Dieta igitur sit tenuis si uires pa- tiantur. Cibaria parentur cum pipere Caryophyllis & c. Vi- num sit subtile album, pauca quantitatē, Aquam uitent.

Altera intentio est in remouenda causa contūta que per ficitur cum phar macis hydragogis, uel cum urinan prolicien tibus, uel cum his que insensibiliter aquam resoluunt, ut sunt fomenta, emplastra saculi, cerata, & cetera. Solutiua fiunt cum Rheub. Agarico, cum succo rad. iridis, ebuli, & sambucci cũ

soldanella uel eius succo cum elasterio, & Mezereō que laua  
 reola dicitur, cum pillulis de serapino de euphorbio etc. Diu  
 reslica sunt Syrup. bisantinus de duabus radicibus oxymelle  
 syr. de absinthio, Fomenta fiunt cum rebus calidis resoluē-  
 tibus ut salua, maiorana, rosmarino, menta, absinthio pu-  
 legio camomilla, origano, folijs lauri, Alumine sulphure sa-  
 le & c. Emplastra quale est de granis lauri de stercore capri-  
 no & c. Saculi parantur ex milio sale sulfure, Vngueta qua-  
 le est illud Agrippæ & mille alia que parari possunt, Conue-  
 niunt etiam Diacurcuma dialacca Troc. de Rheub. Tertia in-  
 tentio malam hepatis dispositionem remouet cum his que he-  
 par roborant aperiant ac obstructiones dirimunt extrinse-  
 cus cum ceratis & linimentis ex oleo ruta camomillino pa-  
 ratis. Intrinsicus cum confectionibus iam memoratis, & c.  
 Quod si per hæc ascites non cessauerit cute puncta aqua  
 extrahatur & c. Anasarca siue hyposarca hisdem met inten-  
 tionibus indiget, Nam præter regimen calidum & siccum,  
 etiam causa coniuncta remoueri debet cum medicinis soluē-  
 tibus & alijs ut dictum est, Verum hoc plus habet, ut scilio-  
 nem uenæ suppressis hæmorrhoidibus menstruis, uel si ab ali-  
 quo apostemate fieret & humorum præparationem requi-  
 rit, quod in ascite minime dictum est, & hoc fit cum rhodo-  
 melle syr. de duabus rad. de bisantijs oxymelle simp. & c. Ad-  
 uerte tamen q. Syrupos in hoc casu simpliciter sine aquis &  
 decoctis exhiberem, quum aquæ apud me suspectæ sint, Lau-  
 datur in hoc casu hiera simplex rheub. agaricus, pillule de  
 rheub. Mala autem dispositio hepatis, si ab apostemate, uel ab  
 obstructione eius proueniat, quo pacto curanda sit supra ha-  
 buisti, que si a mala intemperie oriatur frigida, tunc damus  
 eleuarium. diacurcuma dialacca rheubar. hepar lupi absin-  
 thium eupatorium, in calida diarrhodon ab. triasand. In caus.

mixta troc. de rheub. cū speciebus diarhodonis abbatis. Tympanias uero perinde ac dictum est curanda erit, dummodo soluentia pharmaca iam dicta statuosum uentum una cum aquoso humore resoluant, unde laudatur diaciminum diaga-  
langa diamuscus, elementum de baccis lauri, item fofus ex rebus calidis & siccis &c.

Loci consentientes de cura hydropum.

De regimine uictus loquitur Paul. lib. 3. c. 48. ibi. cibis erit falsamentum sinapi & allia, ex auibus syluestres et sicca magis. Inter olera asparagus porrum synapi, uinum sit uetus & tenue, potio liberalis uitanda est & aqua in totum, a calidioribus acrioribusq; cibis & auxilijs, ubi fabris cum hydropo fieret, abstineatur &c. Auic. 14. c. 13. oportet comedere cum mensura & dimittere aquam ita ut prohibeatur a uisione aquae ne dicam a potu quantum possibile sit &c. Lege Alex. de omnibus oleribus piscibus, uolucris, leguminibus siue bellarijs fusus cap. 30. De curatione per hydragoga loquitur Gal. 7. aphor. com. 56. ibi curatio hydropis fit per medicamentam aquositatem soluentia per epithemata ac per ea quae cientes di urinam & in uapores talem humorem soluendi facultatem habent.

Item. 14. meth. Triplicem inuit curandi rationem, Prima ut tumorem in uiscere contentum sanemus. 2. ut humiditatem soluamus. 3. ut per medicamenta urina citenus habet etiam quae calidior & siccior temperies exile corpus reddat quod sit ex acuta exercitatione & medicamentis attenuantibus & uictu & animi cogitatione &c. Paul. libro tertio. cap. 48. curatio communis ab euacuatione incipit, uerum ascites & tympanias medicamentum aquam educens requirit, anasarca sanguinis detractionem, modo affectus ex hemorrhoidae uel menstruis retentis oriatum &c. Gal. 4. de uic. in mor. ac. tex. 3. ibi



hydropum due sunt natura in comm. anasarca inquit interdum sanguinis detractionem dum incipit expostulat, si ex retentione hemorrhoidarum uel muliebrü, uel ex quapiã quæ ita sit plethorica causa inceperit, tympaniam uero & ascitẽ nullus per sanguinis missionem sanare ausus est, & c. Lege Auic. 14. tract. 4. cap. 13. similiter Mar. Cat. & Arcul. Gord. & Alex. de cur. hydropum in particulari. Gal. 3. de tempera. ca. 3. Medicamen id quod cantharides recipit hydropicis, prodest tametsi cantharis ipsa uescam omnino ulcerat, uerum ubi per ea quæ admiscuntur castigata corpori plurimo humore grauato offertur & illum & per urinas expellit, & c. Et. 14. meth. cap. 13. Harum euacuationem medicamentis quæ digerant molimur, uel chirurgia in ascite, adhibita punctione, quam paracentesin uocant & c. lege quomodo hæc fiat punctio ex Arcul. & Gulielmo plac. & ab alijs omnibus qui chirurgiam pertractarunt & c.

#### Observationes de euacuatione.

Auic. 14. tract. 4. cap. 13. Primum in ascite, aqua in anasarca pituita, in tympanite status euacuetur. 2. Soluentia ita soluant, ut nihil hepatis & uentriculo mali inferant, sed sint leuia. 3. Reiteretur euacuatio ne materiae multum congregetur, cauendo ne pro uice ita copiosa sit ut uirtutem deiciat. 4. A solventibus, statim hepar & uentriculus cum stypicitate moderate aromatica. 5. Prouocetur uomitus ut materia in uentriculo contenta euacuetur. 6. Enemata conueniunt dummodo causam antecedentem & coniunctam euacuare possent.

#### Observationes de sectione uenæ.

Gal. 4. de uic in mor. ac. comm. 3. primũ si expedit in principio fiat, secundum non est fienda nisi sui causa fuerit retentio sanguinis uel aliqua plethorica causa uel inflammatio hepatis & c. & hoc in anasarca Auic. loc. cit. sectio uenæ uitantur

da est quatenus sit possibile, & si tuum sit consilium de phlebotomando minue prius materias dominantes, &c.

Observationes in attenuantibus, & incidentibus medicinis.

Auic. loc. cit. quatuor habet annotatu digna, Primo quod misceantur cum rebus hepar & uentriculum roborantibus. 2. q. uarianda sunt & mutanda eo q. natura ab eo quod est cōsuetum non patitur. 3. q. in puluerem redigantur, ut citius ad partem hepatis gibbam perueniāt. 4. quod post eorum usum iura pinguia exhibeamus, ne urinarij meatus excoerentur. B. caue tamen ex hoc textu ne decipiaris quum in omni specie hydropis iura sint suspecta, in puluerē intellige ut Gal. crassi- culū. de obseruationibus circa uicū lege fusius Alex. li. 3. c. 30.

Nocentia ac conferentia hydropi.

Nocent hydropi. usus aceti asiduus, bouinae carnes, lentes cum corticibus mezereon, aloes, & quicquid hepatis temperiem molestant, ac corrumpunt. Conferunt hydropi absinthium, agaricus, anisum, apium, betonica calamentum, calamus aromaticus chamepitis chamedris, cantarides, elacteriū, cuscute, cicorium, succus rad. ebuli, helleborus eupatoriū, foeniculus, caricæ, fumus terræ chebuli, lac asininum, caprinū, lactuca limaciæ, meu, mezereon, myrobalani, myrtus, origanum, pastinaca, perdices, petroselinum, prasiū, rheubarbarum rosmarinus, ruta, san sucus, sambucus, sinapis, scilla, scænoanthos, urina hypericon, hyssopus, iris. Composita sunt unguentum agrippæ confectio alchechenge, dialaca, diacircuma diatrionpipereon, emplastrum aristarchi et andromaceti mes. pillula de rheub. de agarico tyriaca, tryphera feruginea, troc. de lacca de rheu. de ligno aloes, unguentum artanica mag. confectio de mezereon de eupatorio mes. oleum de cherna de mezereō. pillula de mezereon, tyriaca diateseron &c.

## De pronosticis hydropum .

Hip. apho. 3. aph. 22. Autumno & plurimi æliui morbi febres quartanæ & erraticæ & aquæ intercutæ & c. Vide Gal. in com. Et aph. 4. aphor. 11. Quibus tormina & circa umbilicū cum dolores et lomborum dolor qui neq; a medicamēto neq; aliter soluitur in hydropem siccam firmatur. Et apho. 6. aph. 8. Aqua intercute laborantibus ulcera in corpore facta difficulter sanantur. B. quia exiccari expostulant sed hoc difficillimum ob humiditatis immoderantiam. Et aph. 6. aph. 27. Quicumq; suppurati aut aquam intercutem patientes, uruntur aut secantur si pus aut aqua uniuersum effluerit, omnes moriuntur. B. eo q̄ natura subitaneas mutationes non tollerat. Et aph. 6. aph. 35. Aqua intercutem laborantibus tussis superueniens malum. B. intellige nisi a materia a capite in subiectas partes stillante tussis oriatur, nam si aquosa humiditas adeo excreuerit ut asperas arterias occupet, periculum de suffocatione imminet. Et aphor. 6. apho. 43. Quicumque lienosi difficultatem intestinorum capiuntur, superueniente aqua intercute moriuntur. Et apho. 7. aphor. 5. In mania dysenteria aut hydrops uel mentis alienatio malum. Et aph. 48. eiusdem lib. aqua intercute laborans si a tussi habeatur desperatus est. Et aph. 56. eiusdem, Quibus h̄par aqua plenum in omentum eruperit, his uenter aqua repletur & moriuntur. B. quia effluere ad omentum aqua non potest, nisi aliquo modo excedatur, unde mors sequitur etc. Et aph. 6. aph. 12. A diuturnis sanato hemorrhoidibus, si una non seruatur periculum est, aquam intercutem uel tabem aduenire. Et aph. 14. eiusdem lib. ab aqua intercute habito, si aqua e uenis in uentrem defluerit, soluitur, morbus. Et pronost. 2. cap. 1. aqua intercus omnis si ex acuto morbo existit, mali est, non enim sedat febrem, sed dolorem admodum infert ad mortē. B. eo quod inuenire remedia que

utriq; affectioni ualida respondeant difficillimum est. Auic.  
 14. tra. 4. cap. 3. multa habet pronostica. Primo ascites mali-  
 gnior omnibus deinde hypofarca, deinde tympanitis. 2. Detē-  
 rior hydrops illa est quæ sit cum ægritudine acuta & uehe-  
 mentius timenda quæ homini temperatura calide & sicca  
 aduenit, non enim sine causa maxima per contrarium suæ cō-  
 plexioni ægrotat. 3. Hydrops ex duritie splenis magis salua  
 est quam quæ a duritie hepatis prouenit. 4. si ex hydrope dis-  
 nia & constrictio anhelitus contingat & solutio uētris, pro-  
 pinquam mortem in tribus diebus sig. 5. Et dicitur quod quan-  
 do hydropico descendit sicut caro pronuntiat mortem eius.  
 6. Et habenti melancholiam resoluitur melancholia eo quod  
 hydrops eā humectat. 7. Et scias quod fluxus uentris in hydro-  
 pe est mortalis. 8. Diclum est q. quando in facie hominis aut  
 in manu eius sinistra molities, et in naso pruritus accidit in  
 principio quod moritur in secunda uel tertia die. 9. Et si sue-  
 rit apostema durum, tunc non speretur in sanatione hydro-  
 pis quæ sequitur ipsum, nam & si aqua euacuetur qualibet  
 euacuatione reddit tamen & replet & c.

**Authores dissentientes circa hydropem.**

1. Adserere, cachexiam non præcedere hydropem quæ paula-  
 tine facta sit.
2. Adserere, tympaniam ita a frigiditate fieri sicuti ascitem.
3. Adserere, hypofarcam esse ascite deteriorem.
4. Adserere, in ascite hydrope semp incisione esse oportuna.
5. Adserere, omne genus lactis i ascite nullo modo cōpetere.
6. Adserere, tussim in hydrope semper esse signum malum.

**Confutatio dissentientium circa hydropem.**

Ad primū. Auic. 14. c. 3. quādo corrūpitur digestio hepatis  
 & antecedit eius debilitas in primis accidit dispositio ad hy-  
 dropem antecedens quæ uocatur cachexia sed semper digestio

hepatis in qualibet species hydropis corrumpitur, & antea dicitur eius debilitas igitur semper etiam præcedit cachexia, & hæc opinio etiam confirmatur a Dino, unde maxime decipiuntur qui contrarium adfirmant.

Ad secundum Gal. aph. 4. com. 11. Videtur autem a maiori frigidityte generari aquosus hydrops quem ascitem uocant, a minore tympanias, nam humida substantia inflatusum aerem sine calore aliquo transmutari non potest, & sic isti decipiuntur, qui oppositum astruunt, & c.

Ad tertium Auic. 14. cap. 3. Ascites est malignior omnibus & c. Præterea illa species est deterior quæ causas & symptomata seuissima habet, sed ascites est huiusmodi quum adsit sitis uehemens grauitas suffocatio & syncopis igitur erit hyposarca deterior & c.

Ad quartum, conciliator diff. 199. Refert ex Gal. nemine uidisse ex incisione liberatum, præterea Auic. loc. cit. de incisione myrach, scias inquit quod parum proficit nisi in corpore forti ualde quando potens est tollerare stimulum & minor actionem cibi non oportet ut audeat fieri dum possibilis est alia cura & c. immo ut refert conciliator plerique ex hac incisione moriuntur.

Ad quintum, Auic. loc. cit. non respicias ad illud quod dicitur in ipso, ex hoc quod decipiuntur sophiste quod natura lactis est contraria hydropisi, immo scias quod hoc medicamentum est inuatiuum per illud quod est in eo de absterfione, & est conueniens per id quod est in eo de proprietate & paulo infra & scias quod lac camellarum & caprarum arabicarum est uehementis inuamenti, & c.

Ad sextum, Gal. aph. 6. com. 35. Neque enim quum ex alia fit occasione in homine aquam intercutem patiente, tussis est signum exitiale, sed quando ex ipsius morbi ratione, & sic

non est perniciosum signum.

De leuitate intestinorum. i. lienteria.

Leuitas intestinorum quæ *λευκτερία* a Græcis dicitur est celerrima ciborum expulsio in qua nulla alteratricis facultatis actio cernitur, sed tales cibi quales deuorati sunt secernuntur.

Loci consentientes de leuitate intestinorum.

Gal. aphor. 6. com. 1. leuitas intestinorum est uelox exitus eorum quæ comeduntur ac bibuntur, quæ talia deijciuntur qualia deuorata fuere quibus egressibus nulla mutatio alteratricis facultatis inuenitur siue in qualitate siue consistencia colore & odore &c. Lege de hac re Gordonij definitio- nem & aliorum neotericorum.

De causis leuitatis intestinorum.

Causæ procaciticae ipsius lienteriae sunt cibi potus, & pharmaca secundum qualitatem quantitatem & ordinem uentriculum infestantia inter quæ aer quoque humidus connume- ratur. Causæ antecedentes & coniunctae sunt mala stomachi intemperies, humores uel nimium frigidi uel mordaces, flat- tus quoque non sinens stomacho cibum inherere, unde putrefit & expellitur. Item ulcera abscessus & similia dolorem sto- macho inferentia, siue per se, siue per aliorum morborum consensum, ita quod nec uentriculus ciborum contactum tol- leret, unde facultas expultrix ad id expellendum irritatur. Item stomachi ac intestinorum imbecillitas, ex qua retinere cõ- tenta, ne exiguo quidem tempore possunt, sed illico perinde ac si graue aliquod onus deponerent, ea secernunt &c.

Loci de causis.

Gal. aph. 6. com. 1. Causa leuitatis intestinorum est triplex quarum prima est mala retëtriciis facultatis stomachi intem- peries, secunda sit ab humorum mordacitate superficiem uen- triculi exulcerante, quare cibi & potus, quum ad locum ul-

ceratum perueniūt, membrum illos continere non potēs absque coctione illos deiciit. Tertia est, quum pituita in uentriculo continetur, quæ cibum & potum extra uentriculum & intestina lubricare facit &c. Item adserit aph. 4. com. 12. Auic. 16. tra. 1. cap. 2. præter causas assignatas enumerat etiam solutiuarum medicinarum impressionem in superficie intestinorum & stomachi. Item imbecillitatem digestionis, quæ deficiente cibo corrumpitur & expellitur. Item catharrum cibum corrumpentem item ciborum malam qualitatem quantitatem, malitiam sui ordinis artificium & denique uentositatem & inflationem. lege etiam Auic. 13. cap. de lubricitate stomachi. Item Gal. 6. de sympt. cau. cap. 1. Item. 1. de loc. aff. cap. 3. Item. 6. de sympt. cau. cap. 2. ubi de nausea loquitur. Itē. 6. de loc. aff. cap. 1. ibi sunt quedam accidentia quæ haud absurde intestinis & uentriculo simul affectis euenire creduntur ut lienteria. Vide etiam Paul. lib. 3. cap. 4. Item Marcum Cat. qui omnes causas ad octogenarium numerum reducit, cap. de lienteria.

#### De signis leuitatis intestinorum.

Signa in genere sunt exitus cibi & potus indigesti, dolor in regione stomachi & egritudo eius præcedēs sicut nausea subuersio uomitus & hic fluxus ordinē non habet, sed quandoque cibum sumitur egreditur, &c. Signa si a medicamine fiat sunt dolor & mordacitas stomachi præcessit pharmacum, & statim sequutus est fluxus, sapor etiam testatur pharmacum &c. Signa intemperiei frigide & humide sunt albedo faciei & lingue, paucitas sitis, tarda digestio, multitudo spiriti non adest grauitas uel nausea stomachi, & exilente pituita adest dolor stomachi acetosa eructatio læditur a frigidis nausea adest et uomitus. Signa intemperiei calide, sunt oris amaritudo, sitis uomitus frequens, bilis, sapor amarus & humores calidi per secessum emittuntur &c. Signa ulcerum sunt

uomitibus saniei, eructatio pus redolens dolor & c. Signa apothematis sunt tumor durities grauitas assiduus dolor febris continua & c. Signa flatu sunt quum sentitur flatuosus motus dolor modo unam modo alteram stomachi partem molestat, iuuantur si crepitum uel ructum emittat. Signa imbecillitatis factatatum sunt si imbecillis sit digestiua egreditur cibus sine digestionem si retentrix uel expultrix egreditur uelociter. Signa interstinguentia lienteriam stomachi & intestinorum sunt, quia lienteria intestinorum. i. coeliaca passio habet cibum satis bene educum, dolor est in intestinis, & praesens agritudo in testinorum, & e conuerso si fuerit stomachi, & c.

#### Loci consentientes de signis leuitatis intestinorum.

Paul. lib. 3. cap. 40. Verum in utroque leuitatis genere celerius quam in celiacis quae assumpta egeruntur, tamque intensa est cruditas ut alimenti assumpti genus cognoscatur & c. Lege de his signis Auic. 16. tra. 1. cap. 3. ibi, fluxus stomachichus non habet ordinem neque horas in quibus per seipsum crescat, immo est secundum regimen, nam si digestiua est debilis egreditur sine digestionem, si retentiu & expulsua debilis egreditur uelociter & c. lege eum susus de alijs signis. Item Arcu. & Gord. & Mar. Cat. qui breuiter omnia lienteriae signa exponit, lege etiam alios neotericos.

#### De cura leuitatis intestinorum.

Consideranda est in primis a qua causa hic morbus proueniat, nam si ex parte cibi corrupti, tunc uentrem soluere, uel uomitum prouocare utile est. Si uero ex nimia cibi quantitate assumpta fiat, tunc facta euacuatione paucus cibus exhibeatur, deinde mala stomachi complexio corrigatur, si autem causa fuerit nimia humiditas in uentriculo contenta, tunc medendi insurgunt quatuor intentiones, Prima erit circa uictum, nam cibandi sunt ex chondro oriza et pane cum aliquibus adstringentibus



ut malis puniceis piris malis cydonijs uel diacitonite, conueniunt etiam testes gallinacei & pisces saxatiles & c. 2. Intentio est humoris frigidi præparatio cum rhodomelle sy. de menta de absinthio cum decoctis uel aquis menta absinthij. 3. Intentio est euacuatio, quæ fit per solutionem uentris ac per uomitum maxime materia in suprema parte uentriculi contenta, cum pillulis aleophanginis masticinis & de hiera simpl. diaphinicone & diacitonite solutiuo 4. Intentio est uentriculi roboratio ac discrasia derelicta ablatio. Et perficitur cum exterioribus unguentis calefacientibus ac stipticitatem in se habentibus quale est oleum de spica de absinthio de mastiche de menta de citonijs, item cum emplastris & ceratis eandem uim seruantibus ex menta absinthio rosis scanoatho spica balustijs galanga ciperio & c. Roboramus etiam cum interioribus electuarijs adhibitis quale est aromaticum ros. diaciminum diagalanga diacitoniten cum speticibus & zucchero. Si uero causa fuerit materia calida, uictus & regimen declinet ad frigidum, Digestio fiat cum syr. ros. de granatis de cydonijs de mirto. Euacuatio, cum rheub aloe lota hiera simpl. Robur denique indimos ac malam derelictam intemperiem remouemus cum zucchero ros. Diarhodone abb. confectio de tribus sandalis & c. Si uero causa fuerit ulcus, primo oportet abstergere, deinde consolidare ut puta cum rhodomelle abstergere & conglutinare cum bolo armeno & c. si causa fuerit uentositas, primum fiat euacuatio ac digestio præsertim si materia fouens sit, deinde resoluatur cum electuario de baccais lauri uel fomento uel unguentis et emplastris ex rebus calidis stomacho conferentibus, & c.

Loci consentientes de cura leuitatis intestinorum.

Mar. Cat. Cura uariatur secundum uarietatem causarum, & c. Gal. 8. meth. cap. 5. Cibandi sunt fluente adhuc uentre ex polenta

polenta & pane quem graeci oxylipe uocant qui minimum aceti habeat, inspergere tamen polentam debebis ubi. suiter adhuc plus iusto excernit uel mali punici uel pirorū uel malorum succo citoniorum, si amplius uenter nō excernit, sufficit alica ad modu ptisane preparata hoc est aceti habēs pauxillum, similiter gallinacci testiculi saxatiles ex albo iure pisces & fructuum aliquis ex his qui adstringunt. Lege de his cibus Paul. Aeg. lib. 3. c. 40. ibi, si biliosa sit deiectio & c.

Lege etiam Auic. 13. tra. 5. cap. 7. ibi, & sit cibus & c. Vide etiam Gal. in lib. de san. tuenda & c. De cura male cōplexionis plura habes etiā ex ipso Auic. in loc. cit. ibi. Quod si causa fuerit ex frigore cum calefactiuis curentur ebibitis & si illic fuerit materia euacuetur et administretur uomitus in omni septimana, & si fuerit malitia complexionis calidae cum materia oportet ut educatur humor cum facilitate, & c. lege fusius & omnem curam intelliges, lege etiam Arcul. 9. alm. & ipsum Aet. lib. 9. cap. 51. Item Auic. 16. tract. 2. cap. 2. de fluxu stomachi lubricatiuo & c.

#### Obseruationes in cura.

Marc. Cat. cap. de lien. Medicina soluentes sint quae longinquo non attrahant. Auic. 16. tract. 2. cap. 2. In quibus nō sunt ulcera fac ut permisceas styptica fortis stypticis cum medicinis calefactiuis naturam iuuantibus et confortantibus spiritum ut tyriaci magna, & c.

#### Conferentia leuitati intestinorum.

Conferunt lienteriae, fofus ex balaustijs, radix bedeguar, castanea cupressus, aqua uel uinum extinctionis ferri, sex uini cum aqua myrti cataplasmatetur fraxinus, charabe, licium, lini semen, margarite, osifraga auis polygonum hypocistis, zingiber. Comp. athanasia nic. diacitoniten nic. mitridatum nic. cum decocto balaustiarum, miua, michleta, pilula styptica

ca nic. electuariū inuentionis nostræ mes. electuariū de mirto mes. susus de mirto mes. Confectio de seminibus mes. pedes constringere, manus in feruentem aquam mittere.

De pronosticis leuitatis intestinorum.

Hip. aph. 4. aph. 2. Quorum alui intestinorum leuitate laborant hiberno tempore supra purgari malum, & c.

Et aphor. 6. apho. 1. In longis leuitatibus intestinorum, si ructus acidus fiat, qui prius non erat signum bonum.

Auic. 16. tract. 1. cap. de causis fluxus, Lienteria que fit propter complexionem frigidam & humidam est ducēs sua longitudine ad hydropem & est in summo difficilis curationis quum confirmatur. 2. Facta a uirtute medicinarum soluentium interdum perducit ad dysenteriam & ulcera intestinorum. 3. Inquit Hip quod omnis fluxus uentris post ægritudinem subito est malus significans mortem propinquam. 4. Et singultus cum accidit habentibus fluxum uentris est significatio mala sic siccitatem facientem arefactionem. 5. Et Hipp. dixit q̄ habentibus lubricitatem intestinorum uomitus est malus, & iudicium occultam habet causam & c. Arculanus ca. de lien. succedens fluxibus antiquis & ad cronicas ægritudines mortalis. Et perseverans ex debilitate contētiua perducit ad hydropem siccam & tandem ad mortem, & c.

Authores dissentientes circa leuitatē intestinorum.

1. Adserere, cum Erasistrato muscosa & sanguinolenta cum crudis excrementis excerni.
2. Adserere, Non posse inueniri lienteriam speciem in qua semper adsint acidi ructus.

Confutatio dissentientium circa leuitatem intestinorum.

Ad primum Gal. aph. 6. com. 1. Hæc Erasistratus inquit, ne scio qua ductus opinione, adiciens crudis excrementis mus-

scosa ac sanguinolenta, hoc enim nullus apposuit, neque eorum qui eius etate claruerunt medicorum, neque eorum qui posterius fuerunt, &c. Ad secundum Gale. eodem comment.

Quaecunq; a pituita uentriculum refrigerante, fiunt leuitates intestinorum semper cum ipsis sunt acidi ructus ut casus quidam, & sic species lienteria inuenitur in qua adsunt isti ructus acidi. De Dysinteria.

Quae a Graecis *δυσεντερία* dicitur, Latini difficultatē intestinorū seu tormina uocāt. Est autē dysenteria fluxus uētris sanguinolentus cum excoriatione, & ulcere in festinorū, &c.

Loci consentientes de dysenteria.

Gal. lib. fin. med. Dysenteria est intestinorum ulceratio cū phlegmone & cruuentorum faeciq; similium strigmentorum secretionē, non sine alui intestinorumq; morsu ac cruciatu, Lege etiam Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. ibi, sane in presentia nomen dysenteria &c. Paul. lib. 3. ca. 42. *δυσεντερία ἐλκυσίς ἐστὶν τῶν ἐντέρων*. Lege etiam Aet. ser. 9. cap. 43. ibi est etc.

De causis dysenteria.

Hic affectus uel per se, uel per consensum fieri potest, Per se uel ab externa uel ab interna causa orietur, Ab externa sicut a frigidityte, ardore, uenenatorum pharmacorū potu & ab acerbis cibis &c. Ab interna sicut ab humoribus acerbis paulatine erodentibus sicut a bile pituita salsa, ab atrabile exusta uel ab aliquo abscessu abrupto, Per consensum fit totius ut in fine februm, uel partis sicut a crassioribus intestinis a meseraicis a gracilioribus hepate, &c.

Loci consentientes de causis dysenteria.

Auic. 16. tract. 1. cap. 2. Et excoriatio est dolor abrasionis ex superficie intestinorum quae aut est a materia cholericā uel sanguinea acuta aut uirulenta aut saniosa &c. lege fusius hunc locum Gal. aphor. 6. com. 3. Difficultates intestinorum

fiunt ex humoribus acerbis intestinorū summa primum infestantibus, deinde progressu temporis se profundantibus ita ut ulcera putrilagini obnoxia, uentriculo etiam compatiēte efficiantur &c. Vide etiam Gal. s. de loc. aff. ca. ult. Itē 2. de loc. aff. cap. 2. Vbi demonstrat q̄ affectus a quapiam causa ortus, non semper remota causa remoueat, sed permanentem habeat dispositionem afferēs de dysenteria exemplū. Hip. aph. 4. aph. 11. Quibus tormina & circa umbilicum dolores &c. Galen. Tormina fieri inquit uel propter morsum uehementem uel spirituum flatuosum qui non habet exitum. B. Nota tamen q̄ tormina siue τροχός non semper pro dysenteria accipiuntur, sed pro intestinorum torminibus qui a mordacitate humorum, uel a spiritu flatuoso fieri solent, ut testatur Gal. aph. 5. com. 4. 1.

## De signis dysenteria.

Signa dysenteria sunt dolor uentris punctio & frequens afflatio, in qua frustra intestinorum cernuntur. Signa ulceris sunt sanies exiens excoꝛiatio & foetidus odor. Locus ulceris pluribus modis cognoscitur, primum ex dolore supra uel infra umbilicum existente, nam in superioribus dolor magis uehemens est quam in inferioribus, praeterea uomitus nausea et singultus interdum uentriculo ex consensu patiente fiunt. Cognoscitur etiam ex corticibus intestinorum exeuntibus, nam tenues & parui ex gracilibus, crassi uero & lati ex crassis intestinis descendunt. Cognoscitur etiam ex tempore, nam quum inter colorem & afflationem prolixum est tempus, tunc ex gracilibus, si breue ex crassis. Cognoscitur etiam ex qualitate eius quod egreditur, nam a superioribus proueniēs est magis foetidum, & saepe numero loturae carnis simile, At quod ab inferioribus intestinis prouenit, ex dolore infra umbilicum, & ex sanguine & sanie ante feces exeunte co-

gnoscitur. Vlcus plurimæ sordis esse deprehenditur a longa ægritudine & a quantitate eius quod egeritur & ex dolore non sensato. Vlcus sordidum a corrosiuo secernitur ex uirulentia aquositate albida odore graui, at corrosiuum est uehementis doloris factorisq; color ad nigredinem uergente. Si magna ulcersi profundi sunt sanguis plurimus exiens post abrasionem intestinorum, item ægritudo uehemens & c.

Loci consentientes de signis dysentericæ.

Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. Dysenteria non statim fieri solet, sed proinus ab ipsius initio bilis mordax secernitur, quum deinde interaneorum abrasiones sequuntur postea paululum cruoris simul excerni uidetur, quando affectus ipse iam dysenteria esse censetur, Considerandum insuper num per se sole abrasiones exeant aut simul cum quopiã pingui excernantur, quia tunc indicium est in crasis intestinibus ulcus consistere, & c. lege hunc locum susius, & omnia signa intelliges, Lege etiam primo de loc. aff. cap. 1. ubi pro exemplo inquit quum intestini tunicam per dysenteriam deiectam cõspexeris, & c. Vide etiam Gal. 5. de loc. aff. cap. ult. Item lege Auic. 16. cap. 7. ibi, communia signa sunt dolor punctura et alchurati et quod ulcera cognoscuntur per excoriationem odorem fatidum et per alchurati. i. abrasiones intestinorum & c. Lege susius hunc locum, & inuenies quæcunque a me sub breuitate recitata sunt lege etiam Arcul. & Aet. ser. 9. cap. 43. ibi si circa intestino crassa ulceratio contingat & c.

De cura dysentericæ.

Requiruntur in cura dysentericæ quatuor intentiones. prima circa regimen, unde si ulceratio intestinorum a causa calida pendeat, cibaria & aer ad frigidum alteranda erunt, unde conceduntur, oua sorbilia, hepar galinarum, sorbitiones frumenticæ & permittentibus febris etiam lic, oriza

dulcarij panes, Amylum & quæcunq; humores obducit &  
 infissant & quæ corpora laxata & rarefacta adstringunt,  
 & siccant ut pulres ex halica ex oriza milio, & c. conceditur  
 interdum ob stomachi imbecillitatem, uinum, ceterum aqua  
 pluuiialis frigida alias conuenit: secunda intentio uersatur cir-  
 ca causam excoriationis quæ si fuerit a biliosa materia pri-  
 mum humores, deinde abrasiones demum sanguinem educentem,  
 statim non expectata digestionem, euacuanda erit cum My-  
 robalanis citrinis & rheubarbaro, non usito ut aliqui, & sa-  
 eta aliquali euacuatione, tunc materiam præparamus cū syr-  
 ros, de citonijs de endiuia Myrtino cum aquis endiuie planta-  
 ginis acetose rosaceæ & c. & facta digestionem iterum eua-  
 cuamus cum Rheub. Et pro roborando hepate epithema præ-  
 paramus cum sandalis rosis aqua endiuie Rosarum spodio etc.  
 Deinde styptica exhibenda sunt. Si uero causa fuerit sanguis  
 ultra iam prædicta, uena secetur, tertia intentio est circa ex-  
 coriationem quæ si fuerit sine ulcere, tunc lauare & conglu-  
 tinare opus est, Lauamus cum aqua hordei, uitellis ouorū &  
 Zacharo rubeo per clysterem infusis, Conglutinamus quo-  
 tienscunq; in profundo non est immersa excoriatio, sed tan-  
 tum superiores partes attingit et hoc fit cum albumine ouo-  
 rum gumi arabico adipe renum caprarum oleo rosaceo cū  
 bolo armenio dragaganto brodio pingui, uel cum aqua hor-  
 dei si lauare simul ac conglutinare querimus omnia per cly-  
 sterem infusa. Si uero excoriatio cum ulcere iuncta sit, tunc  
 duplex erit intentio quarum prima erit abstergere ac mun-  
 dificare, secunda consolidare, Mundificamus cū decocto fur-  
 furum frumenti, uel aqua mellis iure cicerū rub. aqua lactis,  
 urina lixiuii dulci uino rub. Rhodomelle, uel decocto pisciū  
 salitorum & oliuarum demum cum decocto Troc. de Arse-  
 nico & c. Consolidamus postea cum rebus stypticis, quale est

decoctum lentium Rosarum balauftiarum cor, granatorum,  
 sumach coriandrorum, & addimus boli armenij sanguinis  
 draconis terra sigillata Thuris an. 3. 1. ouorum binos uitellos,  
 ut clystere magis intestinis adhæreat. quarta intentio est flu-  
 xus cohibitio ne ex superfluo fluxu uirtus prosternatur. Id-  
 circo intrinsecus conueniunt sru. ros. de citonijs de granatis  
 Troc. de spodio cum. s. acetose zacharum ros. Triasandali,  
 Myua citoniorum cum corallis spodio sandalis &c. quæ nisi  
 profuerint ad narcotica procedendum ut cum athanasia phy-  
 lonio romano, uel cum suppositoio ex litio, quod filo com-  
 plicandum est ut cum lubeat, possit extrahi, Extrinsecus au-  
 tem prosunt linimenta ex oleo myrteo Masticino uel de cito-  
 nijs cum aliquo puluere styptico uel emplastro de diaphinico  
 ne mes. Proderit etiam suffumigium siue lauacrum ex uino  
 rub. in quo styptica aliqua incocta sint. lauando manus & pe-  
 des uel fumum inferre recipiendo, ferro continue in dicto  
 uino excandescente, &c.

#### Loci consentientes de cura dysenterix.

Paul. lib. 3. cap. 42. Alimentum erit per initia oua ex lacte,  
 sorbitiones frumentaceæ per se & cum lacte, lac mediocriter  
 coctum holera non sunt necessaria. gustare tamen possunt en-  
 diuiam coctam intybum & arnaglossum &c. poma adstrin-  
 gentia dummodo carnes reijciantur cruda æ sui danda, & æ-  
 qua potioni frigida sitq; celestis & leso stomacho uinū pro-  
 pinandum &c. B. lege Auic. 16. Tra. 1. cap. 4. ibi ex cibarijs eli-  
 gat frigida & facientia conglutinationem &c. & 16. Trac.  
 2. cap. 7. ibi & cum uolueris cibare &c. Lege etiam susus  
 Aet. ser. 9 cap. 43. & inteliges sigillatim quæcunq; ad uictum  
 pertinent &c. De secunda intentione loquitur Auic. 16. Trac.  
 2. cap. 7. ibi, oportet te considerare quæ sit dispositio cause fa-  
 cientis excoitationem & ulcera intestinorum, & an fiat uel



facta sit a ruptura a repletionem ab apostemate, & si fiat praeparata in abscindendo eam & constringendo ipsam, & si fuerit necessaria euacuatio propter malitiam humoris fluentis fac eam cum timore & cautella & c. Gal. 12. meth. cap. 2. At sanguinis missio quae si vires non deiecit symptoma spectantis medici opus non est, sed eius qui totum affectum adimere studet. B. intellige si in toto fuerit repletio, aut si in causa fuerit recur sanguinem multiplicans uel sanguis hemorrhoidarum uel menstruorum retentus & c. Auic. loc. cit. Et rheubarbaro inest proprietates mirabilis in ulceribus intestinorum & fluxu excoriatiuo, & proprie quando datur in potu cum aqua Arnaglossae & pauco uino & c. Lege Auic. loc. cit. cap. 3. de cura ulcerosi ibi, & multotiens sanat & c. et habebis multa pro secunda intentione. Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. Si in superioribus intestinis fuerit ulcus ab epotis medicamentis petendum est praesidium, si uero in humilioribus chysterem submittere magis conuenit. B. hoc idem sentit Auic. loc. cit. ibi, oportet ut cures id quod est in superioribus intestinis & c. De tertia intentione loquitur fusius Auic. 16. Tra. 2. cap. 7. ibi, & non cures in corosione nisi de medicinis conferentibus corosioni et sunt mundificatiua abstersiua cum exiccatione & stypticitate, & quam sciueris quod ulcera sunt sordida mundifica cum eis quae sunt aqua melis & fortior aqua salis aqua oliuarum salita, etsi necesse fuerit administra Tro. de Arsenico & c. Lege Gal. 5. meth. cap. 1. ubi methodum sanandi ulcera demonstrat, quam non inutile foret, si ad hunc locum transferes, Vide etiam 12. meth. cap. 1. ubi, habet duplicem curandi uiam, altera quarum uacat symptomati altera penitus morbo, lege locum fusius, lege etiam de hac re Arcul. & Sauo.

De 4. intentione loquitur Auic. eodem in loc. ibi, Et quando non cessat dolor, tunc sedeat infirmus in timna, in cuius

aqua decocta sint styptica cum aliquanto anethi fenu græci  
 & altee, & si adeo gortis fiat ut appropinquet syncope,  
 non erit excusatio narcoticorum & c. lege de his Marc. Cat.  
 Gord. & Mattheum de grado & c.

Observationes circa uictum.

Auic. 16 tra. 1. cap. 4. In cibis eorum oportet ut nō sit mor-  
 dicatio, nec salsedo plurima, nec acetositas plurima nocua  
 que uirtutem expulsiuam moueant, quantitas cibi sit pauca,  
 secūdo cibaria sint aslu frigida ubi non sumat in potu nisi in-  
 frigidatum. Nam frigidum cōstringit, tepidum uero resoluit.  
 tertio. Et rectius est ut non comedant cibos plurium specie-  
 rum, quarto & scias quod dormire est ex rebus magis inua-  
 tiuis; quinto. Et si cum fluxu fuerit tussis dimittat, id in quo  
 est acetositas uehemens & stypticitas & c.

Observationes circa pharmaca & syrupos.

Marcus Cat. Non exhibeantur solutina que noceant loco  
 ulcerato ut scamoniata. Auic. loc. cit. Cūq; administras medi-  
 cinas tunc incipe cum singularibus, si uero non ualent, tūc ten-  
 de ad composita, Et sint restrictiue aut exiccatiue aut consti-  
 patiue aut infrigidatiue aut conglutinatiue & c. Et nō oport-  
 tet ut sit superfluitas in assatione eorum ne liquefiat eorū uir-  
 tus. Ex his intellige quod noua non sit opinio de nouo urendo  
 rheubarbaro, sicuti plures existimarunt, sed Auicenna & c.

Observationes circa Narcotica.

Auic. loc. ci. In narcoticis est timor, licet quandoq; accidat,  
 ut sint necessaria, & non oportet ut administrarent, quandiu ab  
 eis excusatio esse potest, Et quando necessaria est administra-  
 tio, non exhibeantur eis quorum infrigidatur corpus & de-  
 bilitatur uirtus, & id apparet in pulsa & c. Hoc idē adserit  
 Alex. libr. 3. cap. 10. ubi de prapostero medicorum imperito-  
 rum iudicio facit, Auic. & ex regimine clysteriorum est ut

clyster fiat paulatim per uices, & pinguia clysteria sedant  
dolorem ulceris corrosiui, sed non sanant.

Observationes circa curationem.

Auic. 14. cap. 15. Nullus creticus fluxus cohibendus est, nisi  
superfluis fuerit, quia tunc a natura non regulatur, sed a mul-  
titudine humorum uel ab eorum acredine prouenit. Item nul-  
lus fluxus est constringendus, ni primum materiam peccan-  
tem euacuaueris uel saltem minoraueris. Item fluxus diuerso-  
rum colorum nunquam cohibendus quia multitudinem humo-  
rum ac diuersitatem significat, si uirtus tolerauerit, item in-  
firmus non a deat sedem quoties molestatur, sed retineat etc.

Conferentia dysenterie.

Simplicia frigida ac dysenteriam conferentia sunt, acatia  
hypocystis balaustia, galla, gumi arab, lutum armenum, spod-  
dium, granata, sumach, berberis, acetosa, portulaca, semen co-  
riandrum, plantago, rosa, myrtus, mora, immatura, citonium,  
glans, aqua calibeata, camphora, lithargirium, panicum, mi-  
lium, phlomos, nenuphar, cornu ceruiustum, pira pontica,  
papauer, lapis ematitis, sanguis draconis, charabe, agresta,  
bleta nigra, corallus, corrigiola, dragagatum, lactuca, licium, len-  
tes, nespila, hordeum, opium, partes animalium, semperuiua  
&c. Composita frigida sunt rhob de ribes de berberis de cito-  
nys, troc. de charabe de terra sigillata de spodio, emplastrum  
Diaphiniconis mes, electuarium de sorbis nichletæ diacito-  
nites diarhodon nic, zacharum ros, triasandali manuschrifti  
parlatum &c. implicia calida sunt uinum nigrum stypticum  
calibeatum, thus, ciminum anisum cortex citri, colophonia,  
laudanum, caseus, coagula, nuclei dactylorum oriza, acorus,  
althea, aqua piscium salforum, Butyrum bitumen iudaicum ca-  
ro leporis, charta combusta in clysteri cypressus fenugrecum,  
lignum aloes mastix rheubarbarum adeps caprina, hircina,

arietina, composita sunt theriaca antiqua et phylonium atha-  
nasia magna Mes. & nic. troc. de eupatorio & c.

De pronosticis dysentericæ.

Hip. apho. 4. aph. 24. Difficultas intestinorum si ab atra-  
bile inceperit lethalis est. B. quia nihil ab ulcerato cæcro dif-  
fert, uel quia nullum pharmacum illi continuo adherere po-  
test pro expositione apho. huius lege. 2. apho. ibi deiectiones  
nigræ & c. usq; ad 24. Et aph. 4. aph. 26. a difficultate intesti-  
norum habito si ueluti carūcule exeant lethale est. B. quia car-  
nem in his concreescere uel cicatricem induci non speramus,  
nota tamen quod dysenteriam habet triplicem differentiam.  
Prima quum pinguia quædam corpora excernuntur. 2. quum  
ex superficie intestinorum interiore, quædam ramenta ex-  
eunt. 3. quum intestinorum substantia abraditur, & hæc est  
incurabilis, & c.

Hip. aphor. 6 aph. 3. In longis difficultatibus intestinorum  
inedia ex fastidio malum, & cum febre peius. B. intellige si  
accidat in processu morbi, nam dictum est aph. 7. aphor. 6. In  
morbo diuturno fastidium cibi malū. Et aph. 6. aph. 43. Qui-  
cunq; lienosi difficultate intestinorum capiuntur, ijs superue-  
niente longa difficultate intestinorum aut aqua intercute, aut  
leuitate intestinorum moriuntur. Et aph. 2. aph. 14. In proflu-  
uijs alui mutationes excrementorum iuuant, nisi ad mala mu-  
tatio fiat & c. Et aph. 5. aph. 34. mulieri utero gerenti si alius  
plurimum profluat, periculum est ne abortiatur. Et aphor. 6.  
aph. 48. lienosis difficultas intestinorū aut dysenteria super-  
ueniens, bonum. Et aph. 7. aph. 5. A furore difficultas intesti-  
norum bonum. B. ratione transmutationis quum a capite ad  
inferiora humores noxij transferantur. Et aph. 7. apho. 24. A  
deiectione sincera difficultas intestinorum malum, lege etiā  
aph. 30. li. 7. ibi quibus in alui profluuijs excrementa spumosa

sunt & c. Aet. ser. 9. cap. 43. dysenteria in colo aut recto consi-  
stens facile curatur, quæ uero in tenuibus intestinis maxime  
in ieiuno difficulter, secundo quæ post abscessuum eruptiones  
fiunt, graues sunt, & quæ cum inflammatione oboriuntur, &  
quæ cum febre & appetitus perditione, pessimæ quæ pori ad-  
spectum habent, suntq; nigra plurima graueolentia, & quæ  
una cum excrementis pelliculas cum sordibus mixtas emit-  
tunt, tertio magis in his deficiunt mulieres quam uiri, ma-  
gis senes & pueri quam iuuenes & c. Auic. 16. tract. 1. cap. 7.  
Primum magna effusio sanguinis puri post dysenteriam, ual-  
de mala, quia adintima adeo penetrarunt ulcera ut uenæ scin-  
dantur, Secundum ulcera intestinorum perducunt ad hydro-  
pem, Tertium conuulsio uomitus singultus & cõturbatio ra-  
tionis post dysenteriam, mortem significant, Quartum in libr.  
Hip. qui habet dysenteriam, & appareat post eius aurem sini-  
stram ueluti res nigra similis orobo cum uehementi siti mo-  
ritur in decima & non tardatur nec euadit, & c.

Authores dissentientes circa dysenteriam.

- 1 Adserere, omnem uehementem fluxum in principio mor-  
bi factum esse compescendum.
- 2 Adserere, dysenteriam a sanguine deterioris esse curæ,  
quam a bile.
- 3 Adserere, dysenteriam ab atrabile semper esse lethalem.

Confutatio dissentientium circa dysenteriam.

Ad primum, Damascenus in aphorif. si quis per multum  
tempus neq; uomitum neq; solutionem uentris habuit, & ei  
subito eueniet, uidendū ne restringere festines quia huic cor-  
pus a prauis expurgatur humoribus, unde Aui. 16. tertij, dixit  
fluxum fluxu curari uerum si imbecillitas uirium ex fluxu fia-  
ret esse restringendus. uide concil. differentia. 200.

Ad secundum, dicimus quod deterioris curæ est dysenteria.

ab atrabile. nam Gal. 4. aphor. com. 24. quæ ab atrabile fit in-  
sanabilis est deinde quæ a bile & a pituita salsa, deinde quæ a  
sanguine.

## Obiectio.

Auic. ponit deteriorem esse quæ est per adustionem chole-  
re amaræ quam nigræ, itidem Halyabb. in sua praxi, quo-  
modo igitur deteriorem dicis quæ ab atrabile fit.

## Responsio.

Dico q. ratione subitæ impressionis deterior est quæ a bile  
le adusta fit, sed ratione eradicationis deterior est quæ fit  
ab atrabile. De hac re lege concil. differentia. 101.

Ad tertium, respondet Gal. aph. 6. com. 43. q. qui durū ha-  
bent lienem, ijs superueniens dysenteria soluit dispositionem,  
quare si atrabilis aliunde prouenerit, nec fixam ac perma-  
nentem causam in intestinis habuerit, salubris est & non le-  
thalis & hanc solutionem habes ab Auic. 3. can. cap. de solu-  
tione uentris omnium modorum, & sic non est semper lethalis.

## De fluxibus hepaticis.

Omnis fluxus qui uitio hepatis accidit hepaticus solet ap-  
pellari, & eius species sunt nouem, ut chylosa, pituitosa, bilio-  
sa, atrabilis, sanguinea lotiua fetida uirulenta, & ultima  
quando caro hepatis nigra & crassa expellitur chylosa est  
quando pars chyli uel totus chylus egreditur & hoc uitio he-  
patis & non uentriculi. Pituitosa duplex altera a crassiori pi-  
tuita altera ab aquosa.

Biliosa uero etiam uaria & multiplex est iuxta bilis spe-  
cies sicut flaua uitellina prasina cruginosa, &c. Atrabilis  
similiter fluxus niger est sicuti sanguis niger, aut nigri uini  
fex aut melancholia per adustionem bilis genitæ, aut melan-  
cholia naturalis uel per adustionem præter naturam genitæ,  
Sanguinea quam cruentam uocat Gal. interdum retinet pro-  
prium colorem, interdum niger est sanguis, interdum paucus

aut multis interdum continuus & interpolatus. Lotiua uero est fluxus rei aquosæ quæ tendit ad colorem rubeum, et est sicuti carnis recentis lotura. Fœtida est fluxus rei foetentis siue sit humor siue sanies siue hepatis substantia corrupta. Virulenta est fluxus rei subtilis tendentis ad citrinitatē aut rubeidinem admodum uirulentiæ. Vlt. est fluxus ex quo res nigra non facile diuisibilis egreditur, & est substantia hepatis per putrefactionem uel adustionem separata.

#### Loci consentientes de fluxibus hepaticis.

Quod tot sint species fluxuum hepatis quot nuper recitauimus lege Arcul. & Sauonarolam & maximæ Auic. ubi facit de solutione uentris omnium modorum, & de expulsionibus rerum ex hepate & splene. Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. Nonnulli antiquorum præter hanc quæ ab ulceratione intestinorū fit dysenteriam, aliam quoque cruuentam ob excretorum speciem nominarunt, in qua syncerus interdū & plurimus sanguis, interdum ueluti limus & feces ipsius non parue quantitatis excernitur & c. lege etiam Gal. 2. de loc. aff. cap. 5.

#### De causis fluxuum hepaticorum.

Cause chylosi fluxus sunt quinque. Prima quum chylus est pluris quantitatis, quam pro nutriendo corpore deceat. 2. est paruitas hepatis copiā chyli continere non ualentis. 3. est abscessus, in meseraicis uel in concauo hepatis. 4. est obstructio attenuatoria aut carnosā aut coarctatoria harum partium. 5. est imbecillitas attractricis siue retentricis facultatis etc. Cause pituitosi fluxus est mala cōplexio frigida hepatis destruens alteratricem siue digestiuam facultatem, causa aquosi fluxus est corruptio alteratricis facultatis & fortitudo expulsoꝝ facultatis, causa biliosi fluxus est copia bilis genit. a ab intermissione hepatis calida, uel regimen calidum, qualis est usus ciborum acrimū amarorum & salforum, Item ira, & motus

in Sole, febres ardentes, abscessus calidi, obstructions chyli-  
fellei, & quaecunque possunt sanguinem adurere, & bilem  
gignere, & c. et.

Cause fluxus melancholici, sunt sex mala intemperies he-  
patis calida adurens aut frigida congelans, secunda ulcus in  
substantia hepatis emittens pus nigrum, tertia obstructio he-  
patis qua patefacta exeunt denigrate materie, iandiu retetæ,  
quarta fortitudo uirtutis tales feces seperantis ac expellen-  
tis, quinta imbecillitas facultatis retentoriæ & alteratrici  
fecalem fluxum inducentes & c. Cause sanguinei fluxus uel  
est scissura uenæ, uel copiosa eius multitudo, aut obstructio  
uenæ chyli, aut abscessus aut imbecillitas attractricis facul-  
tatis, Cause lotini fluxus, uel est imbecillitas concoctricis fa-  
cultatis aut retentoriæ, quæ non adeo usq; chylum retinet, ut  
perfecte digeri possit, aut est imbecillitas secernentis facultatis  
non seperans aquositate a sanguine ob hepatis imbecil-  
litate, Cause harum imbecillitatum sunt interdum mala in-  
temperies aut abscessus aut obstructio, Cause foetidi fluxus  
sunt longa mora humoris retenti in loco præter naturali, uel  
ulcus uel apostema a quibus sanies male omnes secernitur,  
interdum ipsius hepatis putrefactio, Cause fluxus uirulentis  
est facultas expulsoria humores cretice uel symptomatice ex-  
pellens, uel sanguinis ex aliquo apostemate in hepate aut me-  
seraicis rupto resudatio, Cause fluxus substantiæ hepatis sunt  
putredines adustiones ulcera corradetia substantiam hepatis.

Loco consentientes de causis fluxuum.

Vide inter alios neotericos Arcul. de his fusissime disse-  
rentem, Gal. in art. med. cap. 88. de signis hepatis patientis. Itæ  
de diff. eorum quæ excernuntur, multa habet quæ ad hunc lo-  
cum adduci possunt, Paul. lib. 3. cap. 42. Iecoraria dysenteria  
fieri solet qui iccur alimentum distributum non probe con-



ficat & retentrix eius facultas uel alteratrix imbecillis est, Gal. 1. de na. hum. text. 4. fieri inquit frequentissime a multa sanguinis copia in uenis contenta quæ a natura per uenas, perinde excernitur ac in mulieribus per uterum & alijs per nares uel mariscas: Vide etiam Gal. 9. de comp. med. per loc. cap. 5. Item. 2. de loc. aff. cap. 5. Vide in super Alex. lib. 3. de loco varia dysenteria. Item Gord. & alios neotericos.

#### De signis fluxuum hepaticorum.

Signa fluxus chylosi sunt nota illis, qui chylum cognoscunt, & est albus subtilis, ut pisanus hordeacea, signa quæ fit a paruitate hepatis sunt, quia a generatione contractus est hepar, & quod iuuatur a paucitate cibi. Signa quod fiant ab apostemate siue ab obstructione, sunt satis nota per ea quæ dicta sunt de imbecillitate hepatis, Signa fluxus biliosi cognoscuntur per colorem & substantiam eius quod egreditur, Signa fluxus pituitosi aquosi cognoscuntur ex precedenti regimine ut ex comestione fructuum, ex potu aqua superfluo, Signa mala complexionis hepatis & apostematis, & obstructionis patent ex supradictis. Signa fluxus humoris melancholici cognoscuntur ex colore nigro tendente in rubeum & interdum est ueluti fex uini uel sanguinis nigri congelati, Si est a caliditate humor magis lucet magisque foetet & precedit liquefactio humorum & fluxus uentris uirulentus & febres, & c. Quando fit a frigiditate adsunt signa in contrarium, & c. Si proueniat ab apostemate rupto primo præcesserint signa apostematis sicuti grauitas dolor & febris continua. Si ab obstructione præcesserunt signa obstructionis. Signa sanguinei fluxus ex hepate, sunt hepatis nocumenta præcedentia, si a ruptura uenæ præcessit casus uel percussio hepatis sanguinis copia egreditur, quæ nec facile nec statim superprimi potest, sanguis acutus cognoscitur ex ciborum acridine,

dine, & ex eo quod per loca dum transit, mordicat, Obstru-  
 ctio hepatis cognoscitur ex grauitate tumore & c. Signa lo-  
 tui fluxus cognoscuntur a chylo non probe digesto exeunte  
 simili loturæ carnis, Cognoscitur ab imbecillitate retentrix  
 uel digestiue ex caliditate & frigiditate in hepate contenta,  
 Nam a frigiditate debilitatur digestiua siue alteratrix a cali-  
 ditate retentrix uirtus. Signa fluxus foetidi sunt ipsæ foetor rei  
 egrredientis. Signa uirulenti, sunt signa hepatis calidi sub cu-  
 te subtili & signa inflammationis hepatis liquefacientis. Si-  
 gna substantiæ hepatis exeuntis sunt nota, quoties Res exiēs  
 similis est hepati qui nil aliud est quam sanguinis coagulum,  
 nec diuidi potest, nec in aqua solui sicut frustum sanguinis  
 concreti, & cæt. Loci consentientes de signis.

Arcul. omnia hæc signa habet & multo plura quam di-  
 xerim. 9. alman. cap. proprio Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. Discer-  
 nitur hæc a uera dysenteria, quia ab initio tenuis sanies san-  
 guinis ab hepate reicitur deinde aucto malo crassus humor  
 fecibus uini haud absimilis. Præterea in locineris excremen-  
 tis nihil abrasum expellitur et interim per duos uel tres dies  
 euacuatio supprimitur, sed rursus reddente malo excremen-  
 ta prioribus multo peiora excernuntur, quod in intestinorū  
 ulceribus haudquaquam apparet & c. Paul. lib. 3. cap. 42. si re-  
 tentrix uel alteratrix imbecillis est sæpe eiusmodi descen-  
 dunt ut recens ineis caro lota esse uideatur. Lege. Act. de hac  
 re et Alex. Gord. & alios neotericos.

#### De cura fluxuum hepaticorum.

Fluxus chylosus. si a nimia quantitate chyli proueniat, ei  
 bus detur in minori quantitate, si fuerit nimium crassus uel  
 uiscosus dentur attenuantia & incidentia, sicuti ius cicerum  
 & decoctiones aperitiuæ cum rad. foeniculi petroselini & c.  
 Si fiat ab hepatis paruitate cibari debet frequētius cum cibis

HH

tenuibus, boni nutrimenti & paucarum superfluitatum, sed parum pro uice. Si fiat ab apostemate, tunc fiat diuersio & euacuatio cum sectione uenæ. Deinde topica suis temporibus congruentia adhibeantur, Si uero fiat ab obstructione uel ex debilitate attractoria facultatis, tunc tres opus sunt intentiones, prima digestio quæ fit cum syr. de duabus radicibus bissantino oxymelle simp. sy. de eupatorio de cicorea cū rheub. cum aquis aperientibus qualis est aqua absinthij, feniculi cū scuta cicorij quibus etiam interdum adhibemus syr. de endiuiâ ros. & c. Secunda est euacuatio quæ fieri poterit cū rheu. Agarico pillulis de rheub. de eupatorio. Tertia est malæ cōplexionis derelictæ, in hepate ablatio, quæ perficitur cū confectionibus & electuarijs qualia sunt Diacalamentum, Diacinnamomū, Theriaca, Diacurcuma Troc. de laca de Rheubarbaro, de eupatorio. Et in causa calida Diarhodō Triasandali cum seminibus frigidis aperientibus & c. Omnis præterea fluxus hepaticus siue a caliditate, siue a frigiditate productus, quatuor intentionibus curari debet. Primo Regimine uitæ, secunda remouendo causam ipsius fluxus, tertia roborando omnes hepatis facultates, quarta corrigendo symptomata. Regimen in fluxu chyloso erit ex calidis uel frigidis prout hepatis dyscrasia requiret, ut plurimum tamen ad siccum cum stypticitate aliqua temperata uictus tendat, In fluxu bilioso regimen sit frigidum & humidum cum temperata stypticitate. In fluxu melancholico interdum ad frigidum interdum ad calidum, interdum ad tenuitatem, interdum ad crassitiam, iuxta longitudinem et breuitatem morbi uictus ordinetur, cum uirtutis robore. In fluxu lotiuo sit ex his uictus qui nutrimentum bonum paucarum superfluitatum inferat facilisq; digestionis, spargaturq; per uices. Causa fluxus remouetur in pituitosa fluxu, euacuando primum humorem

pituitosum cum decocto Iridis & myro balanorum chebulorum, & educendo per urinam cum dialaca et uino albo, etc. In fluxu cholerico euacuetur per cholagoga cum decocto prunorum tamarindorum myrobalanarum cit. rheub. etc. In fluxu melancholico cum myrobalanis indis epithimo sena in sero decoctis cum confectioe hamec. Et si multitudo sanguinis adfuerit fiat sectio uenæ, & aperiantur hemorrhoides, & mensirua prouocentur, in fluxu lotiuo educatur aquositas multiplicata, per secessum, per urinam, per sudorem. In fluxu fetido procedatur. Primum cum mundificantibus, & solutiuis. prout humor corruptus exigerit, ut puta cum decocto hordei aut hydromelle oxymelle & c. Similiter in uirulento mundificetur uirus cum decocto prunorum tamarindorum myrobalanorum cit. & c. Roborantur facultates hepatis & discrasia frigida aufertur cum calidis temperatis quales sunt passule phistici auellane, cinnamomum, hepar, lupi, carolimatiarum crocum & c. In causa calida cum endiua cicio rio. s. sandalis uino granatorum aqua plantaginis portulacæ cum camphora & c. In melancholico cum syr. de absinthio de eupatorio, de epithimo cum diagalanga diacalamento theriaca metridato etc. In lotiuo cum electuario de passulis Aui. & quibuscunq; in capite debilitatis hepatis distis. Corriguntur accidentia ut si adsit excoriatio cum mundificantibus ac abstergentibus, ut puta cum aqua hordei adipe renum capre albumine oui & uitello oleo uiolaceo & c. Dolor auferatur cum clysterijs modo abstergetibus, modo anodinis, modo stupefacientibus, prout opportunum uidebitur, & c.

Loci consentientes de cura fluxuum hepaticorum.

Auic. 16. tra. 2. cap. 1. iam sciisti causas fluxus hepatici, et sciisti curam cuiuscunq; cause, oportet igitur ut redeas ad id, & cures malitiam complexionis eius & apostemata &

et debilitatem et opilationem, et repletionem eius. s. unū-  
quodque cum eo quod dicitur in capitulo suo, et cum hæc fe-  
ceris iam curasti. Lege Arcul. Gord. Marcum Cat. Aet. et  
Paul. Aegin. et intelliges omnia.

Observationes in euacuatione.

Marcus Catin. oportet cauere ne euacuemus cum rebus  
nocentibus hepati, ideo utimur rheubarbaro, in infusione.

Observationes in topicis agendis.

Auic. 16. tra. 2. cap. de cur. fluxus hepatici, et multotiens  
linit insipies hepar in hac asselatione cum inspissantibus san-  
guinem et extinguentibus hepar per hoc quod sunt frigida,  
et in hoc est mors et preparatio ad putrefactionem, et c.

Conferentia fluxui hepatico.

Conferunt fluxui hepatico bolum cipricum potū uel per  
clystere impositum emplastrum diaphiniconis mes. et que-  
cunque supra recitauimus, et c.

De pronosticis fluxuum hepaticorum.

De fluxu chyloso loquitur Arcul. sic fluxus chylosus nisi  
pendeat ab apostemate ut plurimum curatur.

Hippo. aph. 7. apho. 56. Quibus hepar aqua plenum in o-  
mentum eruperit, ijs uenter aqua repletur et moriuntur.

Arcul. fluxus cholericus perducit ad excoriationem et ul-  
cera intestinorum, prout cholera erit magis uel minus acuta  
ac adusta, et curatur nisi ab apostemate ortum habuerit. De  
fluxu melancholico lege aph. 4. aph. 21. ibi deiectiones nigrae  
qualis est sanguis niger sponte uenientes siue cum febre, siue  
sine febre pessima, et c.

Et aph. 4. aph. 22. Morbis quibuslibet incipientibus si atra  
bilis uel supra uel infra exierit lethale. Et apho. 4. apho. 23.  
Quibuscūq; ex morbis acutis aut diuturnis uel ex uulneribus  
siue quouis alio modo extenuatis, nigrabilis siue uti sanguis

niger desubter exierit, postridie moriūtur. Et aph. 4. aph. 24. Difficultas intestinorum si ab atrabile inceperit lethalis. Et aph. 4. aph. 25. Sanguis quidam supra, qualiscunq; fuerit melius, infra autem bonus est. Arcul. fluxus sanguinis nigri foetentis & sanguinis rubei est deterior quam fluxus nigri, alij uero fluxus si ab humoribus ortum habeant ut plurimum curantur, si ab apostemate uel ulcere nonnunquam aut difficulter sanantur.

Authores dissentientes circa fluxum hepaticum.

- 1 Adserere, in omni fluxu hepatico conuenire styptica.
- 2 Adserere, in fluxu hepatico tenuē uictū nō esse exhibendū.
- 3 Adserere fluxum hepaticum esse facilis curationis.

Confutatio dissententiū circa fluxum hepaticum.

Impugnat primum Auic. 16. tertij, de cura eius ubi inquit illud quod cadit de errore in hoc est ut dentur illi qui habet fluxum hepaticum opilatium, medicinae constipatiuæ, ad dentes in opilationem, ipsam confortantes ut stringant materiam, & id ad errorem maximum perducit.

Ad secundum, respondet conciliator differentia, 202. dicēs sunt quidam modernorum qui in hac passione præcipiunt non esse dietam tenuem exhibendam, cuius contrarium indicat Auic. dicēs in assumptione aselationis hepaticæ plurimū est ut non appropinquet panis, quia hepar non recipit ipsum immo, rectius est, ut sit contentus aqua sauc bis in die, &c. Igitur iuxta conciliatorem & Auicem. tenuis uictus conuenit, & non econtra, &c.

Ad tertium, Halyabbas. 7. practicæ Dysenteriae hepaticæ medella per difficilis est, & per pauci liberantur ab ea, & subdit, multi enim parum cognoscunt hepatis debilitatem et eius causam. Gal. s. de loc. aff. quosdam cognouisse ait, quibus fluxus hepaticus acciderat ex debilitate hepatis et perijsse ex

pauca curatione. Præterea authores succintam huius morbi causam idcirco scribunt quia parum fidunt de eius salute & sic potius est incurabilis quam curabilis & c.

De tinesmo. i. intestinali fluxu.

Tinesmus est mala recti intestini dispositio, in qua egerent di prompta quædã cupiditas cum gemitu ac conatu æri adest, paucis admodum sequentibus excrementis mucosis ac sanguineis. Hic duplex est uerus & mendosus. Verus quum causam sui recto intestino affixam tenet, Mendosus quum causa non est fixa, sed aliunde ueniens eum producit sicuti materia fluens per intestina ad anum & c.

Loci consentientes de tinesmo.

Gale. lib. fin. med. Tinesmus est dispositio recti intestini ad partes inferiores pertinens, in qua impetus cupiditatesq; desidendi plures, sed paucæ excretiones sequuntur & c. Aet. ser. 9. cap. 47. Tinesmus est egerendi promptitudo quæ diffæ ferri ac deuitari non potest, nihil tamen præterquam pauca cruuentum aspectum habentia propellens & cat. Lege de hac re Paul. lib. 3 cap. 4. Et Gale. 6. de loc. aff. ca. 1. ibi, at ulcera quæ recto intestino oriuntur & c. lege etiam Mar. Cat. & Arcul. Auic. 19. tra. 2. cap. 16. Primum oportet te scire in dispositione tinesmi, an sit tinesmus uerus an tinesmus mendosus, & c.

De causis tinesmi.

In genere considerandum, num causa in lōgatione existat uel a supernis partibus descendat, Si causa erit fixa in recto intestino tunc erit uel inflammatio uel ulcus corrodens, uel fistula uel occulta hemorrhoides uel ragadia uel abscessus durus, Si uero a supernis partibus desinat, uel erit humor impactus pungens ac stimulans ut pituitosus salsus biliosus aut atrabilis adustus, uel erunt cibi acuti, falsi uiscosi, uel pharmacum acutum mordax, aut suppositorium acre, uel

*mala in temperies frigida absq; alio complexu, &c.*

Loci contentientes de causis tinesmi.

Paul lib. 3. cap. 41. *Causa tinesmi est inflammatio in longanone facta cum molli ac laxo tumore, quod edema uocāt, que stercoris insidentis suspitionem præbet, quod exitū querat. Auicen. 16. tract. 1. Et causa zair. i. tinesmi, aut est apostema calidum aut durum, aut mollificatio lacerti, aut tensio ex qua lacertus impeditur, ab operatione sua, aut superfluitas falsa aut baurachia aut chylus grossus, aut cholera ingrediēs, aut frigus adueniens, aut longitudo sessionis super durum, aut crassities fecis aut eius durities aut hemorrhoides aut fistula, aut ragadiæ, aut rugitus, aut corrosio, aut grauitas sensata &c. lege Arcul. & alios, &c.*

De signis tinesmi.

Signa quod adsit tinesmus sunt desidendi cupiditas cum conatu ad excernendum, ubi primū pingue deinde muscosum, & cruuentum egeritur. Signa inflammationis uel abscessus sunt grauitas dolorq; continuus, qui nec emissionē stercoris, remouetur, excrementaq; difficulter excernuntur, molliētia & anodina ualde conferunt alijs in contrarium ledentibus. Signa ulceris sumuntur a præcedentibus rebus, ut ab humoribus ulceratibus sicut in dysenteria aut a fluxu flauo præfino & nigro præcedente, aut ex abscessu ad uomicam deueniente, aut ex pharmaco exulcerante iam assumpto. Signa fistule & hemorrhoidarum uel ragadiarum cognoscuntur ex his que suis in locis dicuntur. Signa humorum sunt quia si a bile efficiatur tinesmus cognoscitur ex uictu præcedente bilem multiplicante, & ex alijs bilem indicantibus sicut ex punctione in recto intestino, ex flauis excrementis, & quod a calidis leditur &c. Si pituita, cognoscitur a pituitosis excrementis a pruritu in intestino recto & ab alijs pituitam in-



dicantibus, si ab intemperie frigida absq; alio complexu, aderit desidendi uoluntas & conatus ad excernendum, sed nihil egreditur a calidis deinceps iuuatur. Si a flatu incluso, tunc indicium erit quod emissio flatu statim tinesmus cessat & reuento augetur & c.

#### Loci consentientes de signis tinesmi.

Aet. ser. 9. cap. 43. In principio si grauis distentionis sensus circa inum uentrem fiat, & maxime circa partem dextram conieclare oportet stercorum multitudinem in coco intestino insitam esse & c. Gal. nulla alia signa ponit praeter quaedam communia, quae sunt desidendi cupiditas cum conatu ad excernendum ubi primo, pingue deinde cruuentu egeritur, & c. Auic. 16. cap. 3. multa signa affert, ibi, tinesmi autem diuisiones significant id quod egreditur & c. Vide in hoc Razen. 8. cont. & Arc. 9. alm. De curatione tinesmi.

Si causa tinesmi fuerit bilis uel pituita salsa tunc chysterijs lauatiuis indiget, sed primum prohibeatur causa antecedens cum diuersionibus & euacuationibus deinde causa coniuncta, remoueatur cum chystere ex aqua hordeacea Zuch. & uittellis ouorum in causa calida parato aut in frigida cum rhodomelle aqua cicerum sero caprino, & c. Quod si ab inflammatione uel alio abscessu fieret tinesmus, considerandum num per uiam defluxus fiat, & tunc fluxus causam euacuatione et diuersione si opus fuerit, amputabimus. Euacuatio fiet per sectionem uenae uel cum pharmaco leniente. Diuersio fiet cum urinam uel sudorem prouocantibus cum cucurbitulis frictionibus & c. In causa coniuncta si fuerit calida in principio repellendum cum anodinis ut cum oleo rosaceo myrtino, & in causa frigida cum oleo camomillino anethino sycamino. In augmento repellentibus, calida resoluentia & emollientia adantur, quale est oleum liliorum alborum adeps renum caprae.

bdellium butyrum. Quod si ab ulcere fiat tinesmus, tunc eductis primum si que fuerint fecibus, ulcus abstergetur cum hydromelle, uel rhodomelle, uel si putredo cogat, addatur aqua falsa, uel decoctio aluminis quibus interdum addi potest uinguenti Aegyptiaci unctia una, quo deinde repurgato, tunc his que ad cicatricem perducunt, opus erit. Si uero fiat a fecibus sicque curetur cum emollientibus sepe reiteratis. Si a mala interperie frigida cum calefacientibus tam in uictu quam in medicina exhibitis. Si ab intemperie calida, cum refrigerantibus anodinis. Si a flatu per ea que flatum resoluunt. Quod si dolor magis urgeat, nec per anodina cessare uelit, tunc urgente necessitate ad soporifera ueniendum, inter que laudatur, suppositorium de licio fillo tamē appensum, ut ad libitum possit remoueri, item Athanasie Nicolai. 3. 1. & c.

Loci consentientes de cura tinesmi.

Aet. fer. 8. c. 43. Si impacta fuerit stercoreū multitudo in caeco intestino, tollēda erit cū emollientibus clysteribus, ut surfurū decoctio foenigræci melle oleo etc. lege eū fusus. Aui. i. 6. t. 2. c. 16. Si fuerit fex sicca cura cū clysteribus lenitiuis. Si fuerit caliditas indigebis eis que sunt castia fistula & sy. uiolaceus. Si fuerit causa frigus adueniens cum potionibus & clysteribus calidis & c. Et si fuerit causa apostema calidum, stude in retinēdo id quod currit ad apostema et curetur in principio sui cum phlebotomia et cū minoratione cibi & c. lege eum fusus, lege etiam Arcul. 9. alman. & Mar. Cat. & reliquos practitantes, Serapio. cura tenasmonis uertitur ad causam & ad morbum ad causam triplex intētio, Prima prohibetio materiæ imbibitæ in intestino. 2. eius resolutio. 3. est sedatio acuitatis materiæ & æquatio malæ cōplexionis eius etc. Razes lib. diuis. c. 7. In fine, inquit, iuuantur habentes tenasmonē suppositione colyrii plusquā reliquis curationibus etc.

## Observationes in curatione.

Arcul. 9. almans. dysteria communiter debent esse pauca quantitatis ut decem uel 12. untijs non enim oportet ut transeant ultra intestinum rectum, & cum hoc melius retinentur, Item colyria sint usq; ad digitos septem. Auic. 16. tra. 2. cap. 16. Et scias quod frigus facit tenasmon in pluribus horis. B. quia materiam frigidam siue calidam impingi illic cogit.

Arcul. sint omnia cibaria humida insipida pauca dulcedinis uitentur sicca amara acrisa salsa acetosa, & quaecumq; fecem exiccant & exasperant. Vide Auic. ibi, & cum cum cibus, etc.

## Inducentia ac conferentia tinesmo.

Inducunt tinesmum, colocynthis, euphorbium, sarcocola, scamonium, conferunt tinesmo adeps porci caprae dysterizatus balauisia bdellium brastica cauda equina, colophonie suffumigium foenugræcum, ferruginis cum aceto suffumigiū, gumi arab. Ius galli ueteris, piscium, charabe lac asini, litium lini semen coctum cum oleo ros. Malua, meu encatisma, fæstum, nasturtium myrrha cum olibano et croco, oleum persicorum origanum pini cortex porrum psylium sauina spica, storacis suffumigium. phlomos, Therebentina Ruta, confectio de storace mesi. electuarium nigrum haly. 16. ant. Michleta Auic. 4. 5. Troc. de Almezereon, de balauisijs Auic. 8. quinti, & cæ.

## De pronosticis tinesmi.

Razes. 8. cont. tenasmus plurimum fit post dysenteriam, et quod non fit post dysenteriam est leuioris cura. idem adferit Auic. dicens facilius est id quod non succedit dysenteriae Hyp. aph. aph. γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἐπιγαστρὸς ἐν τῷ σπύγγῳ. i. Mulieri in utero habenti tinesmus innatus abortire facit, qui aphor. tantum in translatione Constantini inuenitur, nulla nec a Theodoro, nec a Leoniceno facta mentio

tionē Auic. 16. Tra. i. cap. 2. Et singultus cum accidit habentibus fluxum uentris, & proprie habentibus tinesimum est significatio mala significās siccitatē facientē arefactionē, etc.

De doloribus in genere.

Alius nunc exordiar, de doloribus in genere aliquid demonstrans, deinde ad morbum colicum me conferam. Dolor est tristis sensatio a subita ac uiolenta mutatione facta, et tantummodo ad tactum & non ad alium sensum pertinet. Dolorum igitur differentie sumuntur a loco, ut si dolor sit in omnibus intestinis, uel in eorum parte, Si uero sit in omnibus, tunc erit uel cum motu, uel cum quiete, Si cum motu, erit tertio, si cum quiete uocabitur nomine generis, dolor, At si in parte uel erit, remissus & uocatur ab Auic. punctio, uel intensus & in crasis intestinis, & erit colica dispositio. Si in gracilibus erit ileus siue uoluolus, Rursus dolorum species sunt sex, s. punctoria, Grauis stimulans, extensua, pulsatilis, & ulcerosa, Punctorius dolor circa membranas potissimum consistit, Grauis circa hepar lien renes, Stimulans circa partem osibus uicinam & in cute fieri potest. Extensiuus pertinet ad partes quibus nullae sunt arteriae, ut membrane cutis, Adenes quibus nullae insunt arteriae nam inflammatae extensiuo tantum dolore uexantur i ulsatilis circa ipsas arterias uel in partibus ipsas continentibus & in inflammationibus consistit, Ulcerosus non solum ad cutem sed ad imas quoque partes uelut ad ossa extenditur.

Cause horum sunt, quia punctorius ulcerosus & stimulans fiunt a bilioso uel a pituitoso humore falso aut a corrupto sanguine aut a uermibus suis aculeis pungentibus, aut a quopiam ulcere, Grauis uero extensiuus ac pulsatorius a materia pituitosa crassa, uel ab atrabile grauante & extendete uel a flatu incluso aut a copia alicuius materiae extendētis etc.

## Loci consentientes de doloribus in genere.

De diff. doloris lege Gal. 12. meth. cap. 7. Item de elemētis primo. Item in lib. de placitis hip. & platonis. Quod ad sensum pertineat lege Gal. in libro de consti. art. med. ca. 8. Item de Inaequali intemperie cap. 3. Item. 3. de sympt. diff. cap. 3. uide de de diff. Dolorum Auic. Arcul. & plerosq; alios practitantes. De speciebus dolorum lege Gal. 2. de loc. aff. cap. 3. 7 & 8. ubi loquitur de morbo colico.

## De dolore colico.

Morbus intestini plenioris quem Graeci colicon uocant, nihil aliud est quam dolor satis intensus in intestinis crassis, maximeq; in colo uocato, cum quo ea quae a natura ad inferiora expelluntur, difficulter exeunt ut sunt humores excrementa uermes flatus.

## Loci consentientes de dolore colico.

Gal. lib. finit. med. Colica dispositio est constitutio plenioris intestini diuturna in qua spatijs temporis interiectis cruciatus intollerabiles, difficultates spirandi sudores perfrictionesq; adoriuntur Auic. 16. Tra. 3. cap. 6. Colica est passio integra intestinalis dolorosa cum qua fit difficilis exitus eius quod egreditur per naturam, &c.

## De causis doloris colici.

Cause uel per se uel per consensum fiunt, per se binæ sunt, altera a mala intemperie cal. frig. sicca, non autē humida quæ per se dolorem nō efficiat, Altera a soluta continuitate, Intemperies calida dupliciter colicam efficit, uel nimis calefaciendo uel nimis resolueno & feces exiccando, Frigida uel obstruendo, uel facultatem expulsoariam imbecilem reddendo. Soluta continuitas fit ab incisione exesione fractione tentione, & tunc uel ab humore acri uel multo uel flatu uermibus & abscessu. Cause per consensum fiunt uel a uentriculo

humores uel flatus aggregante, uel ab hepate uel liene, materias ad intestina expellente, uel a renibus lapidem patientibus, uel a uesica, aut utero abscessum patiente aut a toto sisti in febribus, quum ex uenis ad intestina humores extrudantur, &c.

#### Loci consentientes de causis doloris colici.

Gal. 12. meth. cap. 7. Porro naturalis notitia nos docet uitium id corporis ex quo sit doliturum aut continuitatis diuisionem esse aut alterationem aliquam. primum illud speculabimur, cuiusnam naturæ esse debeat quod continuitatem soluit, Necessè igitur est quod sit uel ruptio uel contusio uel erosio &c. Et in art. med. cap. de sig. Thorac. Dolor quemcumq; obsederit locum, aut continuitatis solutionem, aut subitam alterationem ostendit, soluitur continuitas incisione exesione fractione tentione, Alteratur substantia a caliditate frigiditate &c. lege etiam Gal. 2. de loc. aff. cap. 5.

Paul. lib. 3. cap. 47. Dolores grauissimi fiunt plures ob causas uel enim a crasso & pituitoso humore intra uenas subsistente, uel a spiritu crassiori flatuosoq; exitum non habente, aut ab intestini inflammatione uel ab ulceribus ac mordacibus succis infestantibus &c. Lege de his Gal. 4. de loc. aff. ca. 7. ibi, plures sunt dispositiones, quas per uehementes motus dolor comitatur etc. Et Auic. 16. Tra. 3. cap. 8. has causas etiã enumerat & multifacit obstructionem ex qua fieri colicam asserit, Vide illũ susius, Vide etiam de causis spiritus flatuosi Gale. 12. meth. cap. ult. ubi a duplici causa fieri inquit &c.

#### De signis doloris colici.

Indicia incipientis colicæ sunt, quia primũ minimũ quid excernitur, cõsuetudoq; excernendi uariatur, appetitus minuitur, quum uero ad incrementũ tendit, dolores crescunt, aluus sicciior euadit, ita ut flatus ne quæ egredi possit. Vigiliæ sitisq;

multiplicantur etiam si quid excernitur simile bubulo ster=
 cori cernitur, quum uero ad salutem tendit excrementa ac
 flatus exire incipiunt, dolor de loco ad locum mutatur, nec
 adeo frequēs est. sed per enemata remittitur, Si uero ad mor=
 tem tendat dolor est intensissimus non minuitur non remit=
 titur, nil excernitur, uomitus ad uomitum succedit, sudor fri=
 gidus apparet, &c. Signa distinguētia colicam a nephritico
 sumuntur a quantitate, a loco, a motu, ab exeuntibus, a causis
 præcedentibus, a quantitate quoniam nephriticus dolor par=
 uum occupat spatium, colicus quam maximum, nam totum
 uentrem & stomachum obtinet, A loco quoniam nephri=
 ticus in renibus, Colicus Paulo altiori loco cōtinetur, A mo=
 tu quoniam colicus ad plures partes mouetur, Nephriticus
 fixus ac immobilis permanet, Ab exeuntibus, quoniam in co=
 lico feces retinentur, sed non in nephritico, uerum Areno=
 sa materia in urinis apparet, A causis præcedentibus, quia
 in colico deiecit appetitus, Nausea & uomitus sunt gra=
 uiores, sed in nephritico non ita, sed præcessit urina areno=
 sa uel crassa, Signa interstinguentia, colicum a dolore uteri,
 sunt, quia ad inferiora uelut ad pubem & coxas dolor ute=
 ri, sed colicus ad superiora magis tendit. Item in dolore ute=
 ri præcesserunt mensium suppressiones et si aluus leniatur ac
 feces educantur, non cessat, At colicus habita sede placatur,
 Item in dolore uteri mulieres suffocari uidentur ex uapori=
 bus eleuatis, quod colicæ non accidit &c Signa humorū co=
 licæ sumuntur ab ætate regione tempore uictu præcedente
 & similibus, Signa pituitosæ colicæ habentur, si uictus pitui=
 tam generans, si senilis uel puerilis ætas si hyems, si regio fri=
 gida & humida præcesserunt, si satietas cruditas otium, si
 adsit grauitas, si obtusus dolor, si longioris moræ absq; du=
 bio colicam pituitosam esse conijcies, Caue tamen ne inter=

dum ex siti & inflammatione & urina rubea decipiaris tanquam colicam calidam putans ut inquit Auic. quoniam illud commune est omnibus colicis. Signa flatuosa colicæ sunt, quia præcesserunt causæ status sicut potus aquæ frigide holera fructus, ructus extensio, nulla adest grauitas sicut in pituitosa. Interdum etiam inflatio manu percipitur, nec egrediētibus humoribus dolor mitescit eo quod in tunicis crassus status retinetur. Signa colicæ ab inflammatione sunt tumor durities tensio, dolor continuus extendens grauis permanens ac pulsās, febris acuta, sitis uigilia, & interdum urinae retentio similiter cum stercore ob abscessum uias comprimente.

Loci consentientes de signis doloris colici.

Gal. 2. de loc. aff. c. 5. protinus affecto colo inflatio quedam & extensio & flatus complures & tormina & excrementa flatibus plena uidebuntur, quæ stercorei bubulo silentur, quin etiā cibi tū cupiditates tum cōcoctio deterior euadit etc.

Lege Auic. 16. Tra. 3. cap. 7. ubi de signis colicæ absolutæ agit, & inuenies quæcunq; a me sub breuitate enarrata sunt, Lege etiam Razen. in. 9. almans. cap. de doloribus uentris, et ibi etiam Arcul. Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. & 2. ponit signa interstinguentia colicum a nephiritico, ibi primum uomitus & nausea urgent, sed grauiore & magis asidui dolente colo & c. Lege etiam Aui. 16. Tra. 3. c. 10. Paul. lib. 3. cap. 43. Qui ex humore pituitoso laborat per totum abdomen, ac si per tunderetur colon, in alto excruciantur, Adsunt tormina, ructus, Nausea, uomitus potissimum pituitæ, alius retinetur, Præcessit continuus ciborum frigidorum crassiq; succi usus, satietas cruditas orium & c. Lege Auic. 16. Tra. 3. cap. 11. ibi quando; significat colicam phlegma antecessio causarū phlegmatis ex satietate nauseatiua, & ex speciebus ciborum & ætas & regio & hora & c. Lege Gal. 12. meth. cap. ult. nam



multa indicia declarat dum curam aggreditur.

De cura doloris colici.

Omnis dolor in genere curam admittit dupliciter primo remouendo eius causam, qua ablata dolor euanescit, sed quia in ablatione cause plura requiruntur ut sunt humorum preparatio, Reuulsio, Resolutio, & euacuatio quæ morâ ad longum tempus trahunt, Idcirco alia insurgit curandi intentio, quæ est doloris remotio cum anodinis ex caliditate ac humiditate temperata constantibus, ex quibus plerumq; mala interperies illius membri aufertur, quibus etiam non proficientibus, 3. medendi intentio oritur, quæ dolorem cum narcoticis membra stupefaciendo remouet alijs præsertim non iuuantibus. Si igitur inducias dederit dolor ab ablatione cause incipiemus, Si minus, sed intensissime ægrum cruciet cum secunda intentione, procedemus, s. cum anodinis dolorem mitigantibus, quæ tum intrinsecus cum extrinsecus applicari possunt in quorum numero laudantur enemata anodinia et lenitiua sicut ex decocto camomilla anethi melliloti, s. lini fenugraeci Maluæ alteæ cum ontia cassiæ extractæ & tantundem zuchari cum oleo de. s. lini butyro & c. Conueniunt etiam iura pinguis cum croco aqua decoctionis camomilla & c. Extrinsecus conueniunt inunctiones cataplasmata sœtus balnea quæ parari possunt ex oleis camomilla anethi & c. cataplasmata ex rebus anodinis & c. quæ omnia nisi contulerint ad narcotica transeandam, inter quæ debiliior est egethea quæ stupefacit & resoluit, parum ualidior athanasia, Valentiuss est philonium, A proprietate curant colicam, stercus lupi, ossa mespillorum castoreum, lumbrici tesrestres puluerizati. Cura colicæ pituitosæ quinq; intentiones requirit, prima est uentris lenitio, secunda est humorum digestio tertia est euacuatio, quarta residui resolutio ac membrorum roboratio, quæ

intentione

tiones non solum in pituitosa sed etiam in biliosa & melancholica conducunt, Ventris igitur lenitio perficitur per lenientia, qualia sunt clysteria cum cassia zucchero hieræ simp. & c. Digestio fieri potest cum syr. de duabus rad. bisantino oxymelle simpl. & rhodomelle, modo materia sit viscosa ac crassa, Euacuatio perficitur cum hiera simpl. cum diaphinicone, & c. Et nota quod materia in uis ductuum existens, absque alia preparatione euacuari debet iuxta duo carmina a Jacobo Forliuensi posita quæ sunt, Synocha cum colica frenesij squinantis & antrax, Materias crudas euacuare iubet, Resolutio residui fit cum oleis rutæ liliorum alborum camomillæ in quibus concocta sint cuminum fœniculum Abrotanum pulegium anisum etc. uel fiat cum electuarijs calidis, ut cum diamusco electuarij de baccis lauri, Aromatico ros. Diagalanga diacimino & c. Cibaria sunt in colica lenientia ac roborantia ob appetitus imbecillitatem, sintq; calidiora & sicciora in frigidis doloribus qualia sunt porra & Allia, sed ab initio morbi ieiunare oportet, In sequentibus diebus cibaria sint boni succi, Vitentur cruditas & satietas, In doloribus a materia acri, Victus sit humidior & frigidior uitetur acritas tam in cibo quam in potu, Vitentur etiam in genere omnia holeræ legumina graueolentia & c. Conueniunt aqua carnis, uitelli ouorum, medulla panis in uino caricæ & passulæ & c. Cura fecum siccarum perficitur cum lubricantibus ac mollientibus ut cum clysteris ex camomilla anetho althea Violis fœnugræco cum oleo amygdulcium butyro & c. uel cū iure galli in quo coquantur Tamarindi sebesten & c. Cura inflammationis in colica, est ut primū sanguis mittatur a uena cubiti, secūdo considerandū, num inflamatio ad suppurationē, uel ad resolutionē tēdat, Si ad resolutionē in primis repercutientia, In incrementō resoluentiæ cū repercussiuis et molliētibus,

In statu discutientia cum mollientibus conueniunt. Si ad suppurationem, tunc suppuratio adiuuanda deinde ad uomitum irritanda quæ rupta abstergentibus primo, & lenientibus, deinde conglutinatione indiget.

Cura a flatuose colicæ consistit tantum in resoluentibus flatum qui si habeat materiam fouentem frigidam obstruentem, primo abstergentibus lenientibusq; clysterijs, deinde incidentibus ac attenuantibus & de obstruentibus indiget, quibus paulis educatur materia fouens deinde resoluatur flatus.

#### Loci consentientes de cura doloris colici.

De cura in genere lege Arcu. & Mar. Cat. De cura pituitose colicæ, lege Gal. 12. meth. cap. 8. ibi, Dolores igitur quos humor crassus excitauit & c. Et de cura biliose, ibi, sin mordens humor sit qui affligit & c. Et de cura ex inflammatione facta, ibi in eodem loco, si sanguinis abundantia sit quod distendat uelut in phlegmone fieri solet protinus ubi uires ægri, ualentes fuerint, sanguis mittendus est, & c. Et de cura flatuose etiam ibi, mentionem agit, ibi pari ratione qui ex flatuoso spiritu & c. Auicen. 16. tra. 4. cap. 2. etiam curam habet, ibi curatio uera est incisio causæ & c. lege Paul. & Aet. susus de hac re. De cibarijs loquitur Auicen. 16 tra. 4. cap. 28. et 27. ibi colici indigent cibo leniente & roborante ob imbecillitatem appetitus & c. Lege etiam Paul. lib. 3. cap. 43. ibi, In doloribus frigidis uictus sit calidior & siccior & per initia morbi a cibo abstinendum, deinde acria assumantur ut porra & alia in sequentibus sint boni succi concoctu facilia & c. lege Aet. ser. 9. cap. 30 particularem de uictu mentionem facientem. Lege etiam Raxen in diuis. ibi, quum sedatur dolor etc.

#### Observationes in uictu.

Auicen. 16. tract. 4. cap. 1. In regimine colicæ interdicitur repletio, & si qua sit per uomitum expellatur, item sitis tol-

leretur, aut si abstinere nequeat, bibat parum & c.

Observationes in curatione.

Marc. Cat. oportet aduertere ne differatur cura colica, quia est dolor intensissimus cito uirtutem prosternens & c.

Observationes de soluentibus pharmachis.

Auic. loc. cit. Cauendum ne in principio pharmacum ualde solutiuum exhibeatur, nam humores & schibala sunt plures & forte penetrare non possunt. sed incipiendum a lenientibus ac lubricantibus & c. 2. In tribus casibus medicamenta ualde soluentia exhiberi debent. Primus si materia antecedens inconiunctam causam transeat ut si a uenis ad intestina.

2. si humores adeo crassi existant qui nec clysterijs uel leui pharmaco educi possint. 3. si usq; adeo uehemens sit obstructio ut nullo pacto per praedicta aperiri possit, ite nullo modo hie re addatur agaricus, na facit ea retineri & profundari & c.

Observationes in clysteribus.

Auic. loc. cit. debemus esse contenti de clysteribus, quoniam a longinquis partibus non attrahunt, nec humores commouent, nec febrem excitant sicut pharmaca solutiuia praeterea clysteres absq; nocumento reiterari possunt. 2. Si clysteres acuti non soluunt super sedendum, donec concocta sit materia, quandoq; enim hepatis cordi & capiti sua acredine nocent. 3. Non fiant clysteres si quid crudi fuerit in uentriculo ne ad inferiora trahatur, & hoc aduerte propter eos qui in omni colica, & in omnibus horis enemata imponi iubent.

Marc. Cat. si in intestinis causetur excoriatio non debemus fortia & acuta clysteria administrare. Sed loco eorum lauatiua & dolorem sedantia. 2. quod aeger se taliter debet siturare ut clysteria declinent ad locum doloris. 3. q. reiteranda sunt pluries. 4. q. suppositoria debent esse longa ad mensuram septem digitorum ut uirtus eorum possit longius communicari etc.

## Obersuationes de Narcoticis .

Mar. Cat. Non debemus narcotica a principio appropiare, sed quando alia non sufficiunt quia ex his materia in-  
frigidatur ac incrassatur, si fuerit frigida, si opilatiua magis  
opilabitur, si uentositas magis incrassabitur. Hoc idem sentit  
Gal. 12. meth. cap. 8. ibi cauendus est magnopere in affectibus  
qui a crasis & glutinosis humoribus fiunt & c. Item dicit  
quod extrinsecus hæc adhibentur, & si intrinsecus præbean-  
tur sint bene retificata, & c.

## Obersuationes de balneis &amp; fomentis .

Auic. 16. tra. 4. cap. 1. Cauendū ne caput uapores balneo-  
rum & fomentationum suscipiat & hoc cum frigidis appli-  
citis. Mar. Cat. Non debemus uti fortibus calefactiuis, neque  
applicentur alia fortia resoluentia ubi stet repletio materic-  
rum, nam augent dolorem & materias crassas subilliant &  
in uentositatem conuertunt, nec competit remedium de alleo  
& Gale. 7. meth. cap. 15. de scriptum nisi sit minorata materia.

## Nocentia &amp; conferentia dolori colico .

Inducunt colicam aqua aluminosa, capita animalium, ca-  
seus, usus citri, citonia pontica cucurbita, faba, fungi, grana-  
tum syluestre, lac omne, melones, menta, hordeum, pira, tube-  
ra, & c. Conferunt ad colicam amygdale amaræ & dulces  
apium, betonica, calamentum chamaleonta cartamus catapu-  
tia cassia fistula, centaurea colocynthis, enula, esula, euphor-  
bium, galanga galerita auis, cardellus, gith, ius galli decrepi-  
ti, hyosciamus laurus limaciæ matricaria myrobalani chebio-  
li, nasturtium, oximum, cyclamen, polypodium, radix pipe-  
ris, ruta, sagapenum, sisamius, sterces canis capræ columbi  
lupi porci, urtica, aqua mellis, ferrea, diaphinicon, electua-  
rium de baccis lauri diaprassium nic. diacitoniten laxatiuum,  
diaciminum, electuarium indum elestoph, phylonium rom.

oleum de carthamo, laurinum, rutaceum, de piperibus, nardinum, liliorum, pillule iliace almans. fetida maiores mes. sagenea Auic. theodoricon magnum Auicent. thyriaca magna troc. de uiolis troc. de epithimo.

De pronosticis doloris colicis.

Hippoc. pronost. 2. ca. 13. Dolores qui cum febre affligunt circa lumbos & inferas sedes, si precordia attigerint, inferas sedes reliquētes exitiales admodū sunt, sed consideranda sunt alia signa, nā si quod horum prauū fuerit desperandus est aeger. B. Intelligi de his quæ symptomatice mouētur ab una parte ad aliā. Hip. aph. 2. aph. 6. Quicūq; dolentes parte aliqua corporis dolorē non sentiūt, ijs mēs agrotat. B. i. quicūq; dolet et doloris qualitātē non sentit hic sensu agrotat, nō refert si sensum uel <sup>uoluntatem</sup> uel animā dixeris. Et aph. 6. aph. 7. dolores uētris sublimes leuiores, qui uero nō sublimes, fortiores. B. Nota non secundū corporis longitudinē intelligi Hip. sed secundū profunditatē. i. non secundū infimam & supremam corporis partē, sed secundū exteriorem & interiorē, etc. Et aph. 6. aph. 40. quibus dolor circa precordia fit absq; inflammatione, ijs febris supueniens morbu soluit. Et aph. 7. aph. 26. In forti dolore uētris partiū extremarū frigiditas malū. B. Frigiditas fit uel ab inflammatione, uel ob caloris innati defectū. (Deficit calor uel qā extinguitur uel a multitudine suffocatur) uel ob dolorē uehementē medias corporis ptes occupantē ad quē natura cōtracta cū sāguine partes extremas tāq; exāgues relinquit. Et aph. 7. aph. 22. A uētris dolore diurno suppuratio. Et aph. 4. aph. 11. Quibus tormina et circa umbilicū labores et lumborū dolores, q neq; medicamēto, neq; aliter soluitur in aquā intercutē siccā firmatur, siue <sup>id</sup> putat.

Gale. 12. meth. cap. ultim. Colica quæ a siccitate contingit, insanabilis est, cuius rationem postea ipse reddit, lege eum

Auic. 16. tract. 3. cap. 8. & 9. Si colica erit incolumis retentio non erit uehemens & dolor mutabitur, & patiens ex administratione clysteriorum, ob exitum flatus & excrementi quietem inueniet, Si uero fuerit mortalis aderunt fortitudo doloris, uomitus ad uomitum, sudor frigidus, excrementatum frigus, rationis turbatio, spasmus & retentio excrementorum, & si uestigium nigrum, uel bothor apparuerint, postridie moriuntur, &c.

## De ileos.

Ileos, quem latini uoluulum uocant, est tenuium intestinorum dolor uehementissimus cum quo excrementorū per secessum difficilis fit exitus &c.

## Loci consentientes de ileos.

Gal. aph. 6. com. 44. Ileos est intestinorum tenuium passio, in qua ob interclusam inferiorem uiam nulla excrementa inferius excernuntur Aet. ser. 9. Voluulus est intestinorū affectio lethalem dolorem inferens. Gale. 6. de loc. aff. cap. 1. Hunc ileon. i. uoluulum uocant, nonnulli etiam chordapson quum. s. tumor aliquis eminat in tenuium intestinorum parte, ut uideatur intestinum chordarum similitudinem conuolutum. B. chordapson ab Aet. exponitur intestinorum emolli-tio que fieri dicitur quoties admota manu, durities tactui succumbit, sed quomodo emolli-tio, si durities adsit, intelligere nequeo. quare Galeni expositio mihi magis placet, Vocatur etiam hic morbus acelfo chordios.

## De causa ileos.

Causa ileos est intestinorum uel obstructio, uel retentricis facultatis fortitudo & attratricis, uel potio frigida, uel intestinorum descensus in scrotū, Obstructio deinde fit uel ab inflammatione uel a tumore duro, uel ab alio quopiam abscessu uel ab excrementis siccis uel ab aliam intestinorum

compreſſione facta, aut a ueneni cuiuſpiam potione &c.

Loci conſentientes de cauſis ileos.

Gal. aph. 6. com. 44. uſum eſt antiquioribus medicis, uel ab inflationibus uel ab aridi ſtercoris obſtructione huiuſce= modi tenuium inteſtinorum affectus oriri. Itidem ait. 6. de loc. aff. cap. 1. Vide etiam Gal. 9. de ſimpt. cau. cap. 2. ibi. ſit etiã ab humoribus præter naturam adeo inteſtina obſtipantibus &c. Paul. lib. 3. cap. 44. & Aet. ſer. 9. cap. 28. fieri uoluulum dicunt inteſtiniſ una cum ſtercore in ſcrotum deſcendenti= bus, Item ex plagis quibuſdam ex frigore uehementi & ex aceruata frigide potione, Auic. i6. tract. 4. cap. 29. & quan= doque accidit propter potionem uenenorum facientiũ ileos, Interdum ſit ex fortitudine uirtutis retentricis, nam graci= lia inteſtina ob ſuam gracilitatem magis ad retinendũ ſunt parata quam craſſa. Vide Gal. 6. de ſympt. cau. c. 2. ibi, quem= admodum ſtercus per lethales uoluulos &c. Et Auic. loc. cit. uult quod ileos ab hiſdem met cauſis fiat ac dictum eſt in colica. Halyabbas lib. 9. cap. de col. enumerat. Primum apoſtema calidum, obſtructionem ex ſimo ſiccò uel ex humore craſſo, rupturam abdominis, priuationem ciborum & potum le= thiferi medicamenti. &c.

De ſignis ilei.

Signa ilei ſunt dolor ſupra umbilicum, nihil ex fœcibus ad inferiora deſcendit, Vomitus interdum fœcum humorum & uermium, Ruſtus inanes, fœtor oris & totius corporis, ſequuntur etiam mala ſymptomata, qualis eſt tremor cordiſ uigilia, animi deſſectus, frigus extremarum partium, ſudor frigidus, urinae difficultas. Signa ueneni ſunt imbecillitas uirium molificatio & tremor cordis, nec ab aliã cauſa iſta ſiant. Signa inflammationis ſunt dolor durities fœcituror febris &c. Signa interſtinguentia ileum a colica ſunt i. do=



lor uehementior quam in colica. 2. locus ilei supremam umbilici partem occupat, colicæ infimam. 3. ileus magis tendit ad uomitum quam colica quum sit stomacho propinquior. 4. Ileus non inuatur a clysteribus & suppositorijs sicuti colica. 5. In ileo maiora sunt & grauiora symptomata quam in colica, sicuti syncopis tristitia &c.

Loci consentientes de signis ilei.

Gal. aph. 7. com. 10. primū nihil in ileis ad inferiora descendit & hoc est propriū & inseperabile indicium uomitus non semper adest, nisi quādo exitiales sunt si uehementius distorquetur ascendit eis stercus et singultiūt, quidam desipiūt & conuellūtur compatiente neruorū principio passione uentriculi. Et. 6. de loc. aff. c. 1. Dolores uehementissimi in sublimioribus intestinorum partibus eueniūt grauius uomitionibus cruciātes etc. Aet. ser. 9. c. 28. In principio adest dolor circūuolutus uētriculi humiditas multa, exolutio ructus inanes et nihil alleuiātes, murmura intestinorū, stercoris & flatus perfecta cohibitio, In uigore morbi, omnia sursum ferūtur, adest uomitus bilis & pituita, totius corporis frigiditas, spirandi difficultas etc. De signis distinguētibus inter colicā et ileū lege Aui. 16. t. 4. c. 30. ibi, Amplius signa distinctionū colicæ cū signis ileos sumūtur etc. Lege et de signis apostematiū, ibi, Et factū ex apostemate &c. Et nota hic in Aui. 9. dicit. Et illic febris nō erit et tamē Gal. apho. 6. com. 4. 4. inquit quāto magis maior ac grauior euadit tāto maiorē febrē effici cōtingit etc.

De curatione ileos.

Cura perficitur ac dictum est in colica per quatuor intentiones. Prima cum regimine uitæ. 2. cū eius causæ ablatione. 3. cum euacuatione. 4. cum resolutione et roboratione. Videtur igitur sit tenuior quam qui dictus est in colica sitq; boni succi &c. Ablatio causæ ita erit ut si uenenum sit, danda erit opera

uiu uomitus prouocetur propinato calente oleo uel aliquo iure pingui demum thyriaca exhibeatur, uel quidpiam aliud prout species ueneni magis requirit. Si uero in causa fuerit obstructio procedatur tunc cum disseccantibus ac attenuantibus pharmacis, deinde purgare, pharmaco alius soluatur. Si fuerit inflammatio, eadem erit cura ac dictum est in colica. Si causa sit descensus intestinorum in scrotum tunc intestina ad suum locum compellantur & resupinato patiente fascia constringatur. Interim sectione uenae opus est tum ob uenarum meseraicarum copiam tum ob uehementissimum dolorem caetera fiant ac dictum est supra. Loci consentientes de cura ilei.

De prima intentione loquitur Aet. ser. 8. cap. 28. ibi, Cibi sint boni succi & c. De secunda intentione loquitur Paulus lib. 3. ca. 44. ibi, Qui ueneni causa ileon patiuntur, compellendi sunt ut aqua calida potu euomant, deinde oleo calente propinato uel iure aliquo pingui, deinde interpositis aliquibus diebus Thyriaca exhibeatur. Quod si obstructio discutiat purgante aliquo pharmaco aluum inanire confert, Si ex intestini in scrotum descensu ileus accidat in inguina intestinum compelletur & fascia supinato patiente ligabitur. Aui. 16. t. 4. c. 31. tria notat, primum quod ileos est colica fortior, idcirco in cura properandum iuxta illud Hip. extremis morbis extrema sunt opportuna remedia. 2. quod id quod bibitur magis iuuat in ileo quam in colica, nec multum referre, an a bibitis uel a suppositis inchoetur. 3. quod in ileo magis sectio uenae conuenitur quam in colica & c.

#### Noctentia ac conferentia ileo.

Inducunt ileo argentum uiuum et caro porcina. Conferunt ileo ab sinthium acorus, agaricus, alleu, betonica, chamedrys, chamepitris, camomilla, cetaurea, cyperus, eupatoriu, pastinaca, ruta, sauina, stechas thurbit. Composita sunt unguenta alabastrum arago,

aureum ungu. nic. ungu. laxatiuum nic. Marciaton nic. oleum li-  
lij bibitum, oleum de cherua, confectio phor. Auic. 1. lib.  
5. Confectio hermetis Auic. Diacitoniten nic. electuarium du-  
cis nic. phylonium chatarticum imperiale nic. stomaticū ca-  
lidum nic. theriaca magna, pillule sine quibus & foetidae etc.

## De pronosticis ilei.

Hip. aphor. 6. apho 44. Quibus ex stillicidio urinae ileos  
superuenerit in septem diebus pereōt nisi febre superuenien-  
te satis urina fluxerit. B. quoniam adulterinum ac spurium uo-  
cauit apho. Gal. id. circo damnatur ab Auic. eo q. causam aph.  
ignoraret, quasi id non legerit Auic. quod in fine commēti  
inquit Gale. q. si ueritatem debet habere aphor. oportet nul-  
titudinem humorū crudorum una cum multa frigidityte cau-  
sam arbitrari, quam febris superueniens liquefaciat ac dissol-  
uat, & per uiam urinae dissolutā natura emittat & c. Et aph.  
7. aph. 10. ab ileo uomitus singultus desipientia uel conuulsio  
malum. B. quia intestina coguntur tandem ex fecū molestia  
contra naturam uiolenter materiam molestantem extrudere  
unde singultus uomitus & c. proueniunt. Aet. ser. 9. cap. 28. fa-  
miliaris ileos est puerulis, sed naturalis beneficio humidi-  
tatis euadunt. senibus uero si accidit nunquam conualescunt,  
in chondopso uocato subitum instat periculum ut plerunq. 3.  
uel 4. horam non excedat. In inflammatione uero si suppuratio  
uel longa mora contingat periculo non uacat quanquam  
sint ex eis qui seruati sint. Auic. 16. c. 29. & deterior ileos est  
in quo expellitur per superiora stercus, deinde in quo est su-  
dor foetidus habens foetorem stercoris, deinde in quo est ha-  
nelitus foetidus & eructatio foetida & c.

Authores dissentientes circa ileon & colicam.

- 1 Adferere, in colicæ principio conuenire narcotica.
- 2 Adferere theriacā nouā esse uenenosā et nō esse exhibendā.

- 3 Adferere, ileon cum Auic posse generari ex stranguria.  
 4 Adferere, ileon curari non posse per fluxum urina mediante febre.

Confutatio dissentientium circa colicam & ileon.

Ad primum, respondet conciliator differentia. 204. per plures diff. 1. sumitur a morbo uel ab accidente, uel a uirium robore, unde nisi symptoma superet morbum stante uirium robore q. nullo modo conueniunt. 2. diff. sumitur a causa morbi uel a eomplexione morbi, unde permanente uirium robore & causa existente frigida cum dolore remisso non conueniunt narcotica, sed adhibenda sunt anodina, uerum si symptoma esset uehementissimum, & causa esset calida ubi esset timor de casu uirtutis, tunc posset sed magna cū cautella exhiberi. Ad secundum, Gal. 5. meth. cap. 13. mulieri cum dormitura esset dedi theriacem quatuor menses ante confectam, habet enim id etatis adhuc preualentē papaueris succum, qui in antiquitatis ignauus redditur, igitur non est uenenoſa, & potest exhiberi. Ad 3. Gal. aph. 6. comm. 44. aiunt enim quod uesica inflammata angustia loci facta ex cōpressionē in intestinis passionem affert quæ ileos nominatur, ego uero multos me puto in tota uidiſſe uita, nonnullos tantum periclitātes, non paucos etiam mortuos non potentes mingere quorū nullus factus est ileosus & sic tenet quod ileos nō generetur ex stranguria. Ad quartum, respondetur per id quod dictum est ex Gal. in eodem aphor. supra contra Auicē. ibi, multitudinem humorum &c.

De rerum & uesicæ calculo.

Morbus calculosus qui a græcis λίθουρίτις dicitur, est lapidis generatio ex humoribus uiscidis & immenso calore orta, in qua urinae excretio retinetur, Id tamen notum est quod pleriq; medici attestati sunt, quod non solum in uesica & re-

nibus sed & in colo. pulmone. felle. folliculo. iuncturis stomacho & inguinibus lapides oriuntur, unde lapides inter se differunt magnitudine duritie asperitate colore numero loco & materia agente, de quibus satis copiose infra mentionem faciemus.

Loci consentientes de renum & vesicæ calculo.

Gal. lib. finit. med. lithiasis. i. calcularis morbus est calculi generatio in renibus & vesica ex qua urinæ excretio prohibetur. Quod calculi in partibus enumeratis gignentur, lege Gal. 6. de loc. c. ubi, nonnulli a forti excernendi conatu & c. Et 4. de loc. aff. c. ult. ubi, Quidam diuturna tussi uexatus frustrum quoddam paruo gradinis grano etc. Deinde se uidisse lapidem in felle folliculo attestatur Gætilis, & in iuncturis & stomacho quidam Gilbertus & in inguinibus Arcul. Aet. ser. 2. c. 4. Constat lapides in renibus iuxta ipsorum uentriculos aut parui aut maiores interdum plures et pauciores magnitudine, forma, colore, asperitate, & multitudine inter se differentes, & c.

De causis renum & vesicæ calculorum.

Causæ initiatrices sunt cibus potusque crassus ac uiscidus, causæ coniunctæ sunt binæ quarum altera erit materialis altera efficiens. Materialis a crasso terreoque humore conficitur. Efficiens est ignea renium aut vesicæ caliditas quæ tum naturalis tum aduentitia esse potest, ut quæ ab aliqua re calida renibus adnota proueniat. Causæ uero humores in renibus tardæ erunt, uel expultricis imbecillitas, uel obstructio quæ tum attenuatoria a superflua frigiditate tum coarctatoria a superflua ac viscosa materia, tum carnosa ab aliqua carne innata, uel ab apostemate proueniens, & c. et.

Loci de causis renum & vesicæ calculorum.

Gal. 2. de natura humana tex. 13. Plerique pueri qui plurimum uoraces sunt humorem non modicum aggregant quem crudum pro-

prie uocamus qui calculo gignēdo in primis opportunus est, accedēte calore tanq̄ causa effectrice. Itidē asserit. 3. aph. com. 26. ibi lapis est propria passio puerorū qui ob edacitatē non paucos humores crudos coaceruant & c. Auic. 18. cap. 16. tres causas calculi assignat, materiā. s. quæ est humiditas uiscosa et crassa uirtutē agentē sicut est caliditas ab æqualitate egres=sa, & materiæ retentorē qui est expultricis imbecillitas quæ ab intemperie uel ab inflāmatione & ulceribus oritur, & c.

Gal. 14. met. ca. 4. Similiter & calculi generatur in renibus asfo. s. in his crasso glutinosoq; succo, prouenit. n. hæc affectio ex ciborum crassorum succo si quis liberalius his utatur, etc.

#### Obiectio.

Quæ non omnibus hoc uitium contingit, quum utraq; causa sit omnibus parata.

#### Responſio.

Dilucidatur hæc tua dubitatio a Gal. 14. meth. cap. 16. ibi siquidē credendum est quibusdam esse densos admodū renes uel p̄ angusta, in iocinore ora etc. lege eū & rē intelliges, etc.

#### De signis renum & uesicæ calculorum.

Signa generationis calculi sunt urina exiēs pura et aquosa, in qua non excernūtur arenosa iam prius uisa, sed retinentur. Signa iam generati lapidis sunt dolor grauitas urinae sup̄pressio, maxime si in utrisq; renibus lapis extiterit.

Signa motus lapidis sunt dolor uehemens usq; ad inguina cōmunicans ad scrotum et testes. Vehemēs in quā ob loci angustiam & sensibilitatem, sed quū iam in uesica lapis fuerit, dolor mitigatur & tandē mingitur. Signa lapidis in uesica sunt prius pudēdi ex cuius cōtractione penis intēditur, urina sup̄primatur, nec nisi magna cū difficultate & conamine emittitur, sunt qui duos lōgiore digitos ano intromittāt eleuatis prius sursum uersus cruribus et aluo ab excrementis purgata ut lapidē manifeste adesse sentiāt, arena insup̄ q̄ subsidet

si rubra uel flaua fuerit, e renibus descendit, si alba & cineritia ex uesica. Egreditur autem harena dū confirmari & dissolui lapidem contingit, quo confirmato, & obstructione completa non amplius arena exit &c. Item lapis renum est rotundus uesica est oblongus &c.

#### Loci consentientes de signis calculorum.

De his signis lege Auic. 18. tract. 2. cap. 17. ibi, signorum lapidis in renibus, primum est urina crassa quæ deinde incipit conuerti ad tenuitatem propter retentionem turbidi &c. lege locum fusius. Gal. 1. de loc. aff. cap. 1. Indicia lapidis in uesica sunt aquæ similis urina, in qua subsident fabulosa quæ edā, laborantes assidue pudendum scalpunt, idē; uel laxum uel intantum præter modum, postea de repete urina supprimitur. Vide Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. ibi nephritici dolores eodem in loco stabiles permanent &c. Lege fusius Act. ser. 2. cap. 4. ibi adest loci color absq; tumore foris apparente, & plura de signis annotatu digna inuenies, Lege etiam Arcul. 9. alm. plura enarrantem. Item Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. ubi Hip. damnat n illo aphor. Quibus in urinis arenosa subsistunt, ijs uesica laborat calculo. uide in super Alex. tract. lib. 3. cap. 34. Item Gord. & alios.

#### De cura calculorum renum & uesicæ.

Corpora quæ parata sunt ad calculum præseruatiuam curationem exposulant, atq; actu ægrotant curatiua indigent, præseruatio has igitur in se intentiones requirit, prima ut materia quæ lapidem generat, nullo pacto efficiatur, secunda ut si quæ facta sit, ne ad renes uel uesicam fluat, sed ad intestina mittatur, superest, tertia ut si quid ex hac materia ad renes casu euenerit, ne illic figi ac retineri permittit, quarta calorem renum quæ eā causa efficiens remissionem efficit. Prima igitur intentio prohibet omnia crassa & uiscosa tam in

cibo quam in potu, unde panes azimi caseus & animalium  
 extremitates & lacticia procul absint, similiter uidentur  
 satietates & cruditates, sed attenuatoria sit dieta urinam  
 ciens, uidentur etiam dulcia &c. Secunda qua ex renibus ad  
 intestina materiam diducimus, completur per pharma le-  
 nientia. s. cum casia uel decocto glycyrrizæ. s. alchechengi uel  
 per enemata lubricantia uentrem uel per terebintum assum-  
 ptum, nam ualde iuuat, tertia non permittit figi materiam  
 in renibus, sed eam expellit cum diureticis ut cum brodio ci-  
 cerum rub. cum decocto glycyrrizæ in iure galli decrepiti, cum  
 paritaria in sero lactis decocta uel cum eius succo etc. Quar-  
 ta remouet ac calorem intensum mitigat cum oleo uiolaceo  
 nenupharino amygdalino dulci uitando ea quæ euideter ad-  
 stringunt &c. Curatiua uero ratio concretum in uesica, uel  
 renibus lapidem auferre intendit, primo lubricando uias cũ  
 casia & minuendo materiam per ea quæ frangunt lapidem  
 & urinam proritant & ora uenarum reserant, facta in pri-  
 mis sectione uenæ si sanguinis multitudo ob acutos dolores  
 ad partem lesam se contulerit. Comminuunt igitur lapidem  
 quædam a proprietate occulta, quædã uero a manifesta qua-  
 litate, quæ igitur hoc a manifesta qualitate efficiunt, sunt pu-  
 legium calamentum origanum saxifragia radix graminis  
 amygd. amar. Item radices petroselinii asparagi brusci foeni-  
 culi apij decoctum cicerum rub. cort. fabarum & rad. mal-  
 uarum &c. Frangunt a proprietate occulta lapis iudaicus  
 puluis leporis combusti, uirum multoties in aqua saxifra-  
 giæ extinctum, puluis lapidum cancerorum limatiarum, &  
 mandibularum lutij piscis. Item sanguis hircinus cortex lau-  
 ri, & inter composita laudatur Iustinianum liontripon dia-  
 laca, &c. Competunt etiam clysteres ex decocto maluarum  
 paritarie camomille melliloti foenugræci cum butyro, oleo



512 DE CONSENSV MEDICO.

de scorpionibus & c. Similiter & brodia pinguia exhibeantur & c. Ad roborationem stomachi, qui plerumq; imbecillitatem in hoc morbo suscipit ista conferunt. s. oleum de absinthio de menta unq. de absinthio & c. Si qui uero opus fuerit digestionem perficietur cum oxymelle simp. uel composito cum aquis saxifragie paritariae granorum iuniperi & c. Quod si delatus ex renibus lapis circa collum uesicæ detineatur, tunc supinatus eger eleuatisq; sursum coxis, adeo concutatur, donec nec ex ipso meatu lapis excidat, deinde si minus per urinam exierit, tunc per cathetrem instetur, uel per ea quæ calculos confringunt, amoueat, quod si minus per hæc, curatio ad uota successerit, tunc per incisionem inter anum & testes in uesicæ collo factum ad unco ferreo euelletur lapis.

Loci de cura calculorum renum & uesicæ.

De primis intentionibus lege Auic. 18 tra. 2. ca. 18 ibi intentiones in curatione sunt, abscissio materiae & prohibitio generationis ipsius cum abscissione causæ & retificatio eius, deinde mundificatio & comminutio & fractio & compressio & eradicatio eius quæ omnia longo satis sermone explicat. De uictus ratione lege Aet. ser. 11. cap. 6. ibi deligat cibos e quibus neq; satietates neq; cruditates contingunt & c. Gale. 10. de comp. med. per loc. cap. 1. Quæ calculosis auxiliantur uicibus facultate indigent quæ seccare & extergere cum manifesta caliditate potest, sunt autem talia fere omnia amara etc. Paul. lib. 3. cap. 45. Medicamentis uti oportet quæ confringere siue seccare calculos possunt absq; manifesta caliditate: sic enim græce habet ἄρα τὸ ὑπερβαίνει τὸ φάρμακον: unde uereor ne menda sit in Paulo, nam quæcumq; ab eo in hoc affectu recitantur sunt manifeste calida sicut & in Gal. qui uicitur pipere myrrha aniso dauco apio & c. Aet. ser. 11. cap. 5. Si timor adsit ne multitudo sanguinis ob acutos dolores, materia

terias ad affectam partem aduocet, secunda est uena cubiti a latere affecto, nec copia extrahenda quum ex hoc futurū non sit, ut a renibus lapis excidat, & c. Gal. 1. de loc. aff. cap. 1. Itaq; supinato egro ut crura reliquo corpore sint sublimiora, multifariam ipsum concuties ut lapis ex meatu recedat, deinde iube ut eger urinam reddere tentet, q. si urina supprimitur rursus uehementius concute, & si sic permanserit demissa fistula aenea lapidem a ceruice uesicæ repelles, & c.

#### Generantia ac curantia calculos.

Inducunt ac efficiūt lapidem Amylum, caesus, camphora condrus, farina cum lacte, lac coctum, lagana, porcinae carnes, triticum coctum. Curant lapidem radix acetosæ, acorus, amygd. amar. anisum, urina porci, apium montanum abrotanum, aqua mellis & cicerum rub. batheca, cap. uen. betonica camaleonta cancer fluuiialis cum myrrha carui agreste, cinis rad. caulis, cicada, ciminum, cinis testarum chochlearū cyperus, cōdisi, cordumeni, cotula, cubebe, daucus. sion. i. cresconi sceniculum sylvestre, lac ficus, genista, guma cerasorū priorum cum uino graminis, semen & radix, lapatium, Lauri cortex & radix, renes leporis lumbrici terreni, Malua, Matricaria, semen mellonum, mille peda, sterus muris cū aqua mellis, nigella, polium montanum, porri semen, succus raphani, rubus, saxifragia, sauina, senation, segapenum, serpilium, scolopendria cinis scorpionum, scenoathos, fimus turturis et ius tribulus, uitis aqua candēs, utrum ustum tritū succus urticae, iringi, usnea, hypericon, Agaricus cōposita sunt Adri- num confectio nic. Antidotum emagogum, Camerina confectio hali cōfectio conabaris Aui. 1. s. Dialaca magna mes. dia- sulphur mes. Diapiretrum nic. Diaprasū nic. elm. Ducis nic. electuarium cabadij haly, phylonium rom. Iustinianum confectio nic. Imperialis confectio Aui. 1. s. liontripon nic. miliū

KK.

solis cum myrto syluestri, Nephrocatacticum nic oleum be-  
nedictum nic. oleum de granis citri, oleum de cerasis mes. de  
piperibus de scorpionibus, oleum alchechengi de sauina pe-  
troleum sy. maior nic. Theodoricum magnum Theriaca ma-  
gna ung. laxatiuum nic. Zeneliten confectio Auic. præseruat  
a generatione lapidis aqua mellis casia syringa, genista gra-  
na pini maioris comesta.

#### De pronosticis calculorum renum & uesicæ.

Auic. 18. tr. 2. c. 16. In illo in quo est sedimen arenosum non  
aggregatur lapis, quoniã materia non est coarctata. Et scias  
q̄ parum accidit puellis & mulieribus, quoniam meatus ue-  
sice earum ad exteriora, breuior ac latior est & paucorum  
anfractuuum, & c. Et scias q̄ lapis renum & uesicæ est ex ijs  
quæ hereditantur, & c. B. quod dicit, mulieribus non accide-  
re lapidem mihi non placet, Nam sua ratio potius ad facillè  
expulsionem quam ad lapidis generationem pertinet, sed for-  
te ratio potior est, quia mulieres calorem non usque adeo ue-  
hementem habent ut materia in lapidem uerti possit, uel quia  
ex menstruis omnia superflua expurgantur & c. Hip. aph. 6.  
aph. 6. Renum & uesicæ uitia in senioribus difficulter sanan-  
tur. B. quia in motu semper sunt dum contrahuntur & dila-  
tantur uel quia in senibus ob calorem innatum imbecillim,  
nec aliæ agritudines longæ curantur & c.

#### Authores dissentientes circa morbum calculum.

- 1 Adserere, calculum generari posse a calido temperato.
- 2 Adserere, calculosis dormire super dorsum ualde nocere.
- 3 Adserere, lapidem renum curari posse per incisionem.
- 4 Adserere, Diuretica in principio calculi conuenire, nulla  
facta euacuatione.

#### Confutatio dissentientium circa morbum calculi.

Primum impugnat Gal. aph. 3. com. 26. dicens quod mate-

ria crassa cui uehementia caliditatis, accedit est causa generationis lapidum. & Auic. inquit uirtus uero augens est caliditas quum egressa est ab equalitate, ubi inquit Gentilis nō nisi ab excellenti caliditate lapidem posse generari. Ad. 2. Auic. 18. c. 16. Et dormire super dorsum est ex eis que lapidi conferunt nam ad resolutionem materiae confert, & sic non semper nocet, imo plerumq; iuuat & c. Ad. 3. Auic. loc. cit. Et sunt quidā qui laborant extrahere ipsum per incisionē ilij & dorsum, sed est timor magnus in eo qui rationem non habet, quoniā oportet penetrare per musculos per dorsum per ossa magna per nervos & arterias & uenas magnas in quo casu accidit syncope & mors & sic cura est potius impossibilis quam fieri posse putetur. Ad. 4. Respondet Conciliator diff. 205. q. diuretica non conueniunt in corpore chachochimo uel plethorico nisi facta euacuatione & digestionē, item nec conueniunt in ulcere recenti, nec ubi fuerit obstructio, nam ut ipsa calida resoluunt ac petrificant, Præterea in ardore urine nō sunt adhibenda, eo q. ad locum læsum materia ducūt, & plus ad mingendum stimulant, ex quo dolor augetur & c.

#### De inflammatione & abscessu & ulceratione renum.

Dicūm est sepius quid inflammatio quidue abscessus & ulceratio, quare non est ut toties a nobis repetatur. Continet in se omnes hos affectus nomen nephritis iuxta Gale. 10. de compos. med. per. loc. cap. 1. Vnde Nephritis lib. fin. med. ita describitur Nephritis est renum phlegmone cum dolore uehementi interdum cum meiendi difficultate ac fibrosis uel arenosis excrementis cum modico sanguine & c. Variāt desindec a secessus tum ab efficiente materia, tum ex parte locorum pro quibus uide Auicem. 18. cap. 1.

#### De causis horum affectuum.

Causæ inflammationum renum extrinsecæ sunt equitatio-

nes, percussiones, attritiones, plaga, pharmacorum potiones  
 & c. Cause intrinsecæ sunt, uel repletio totius corporis, uel  
 membrorum consentientium, uel sanguinis mala qualitas, uel  
 excoariatio lapidis, uel urine retentio renes extendens, causa  
 contūcta est sanguinis calidi influxus. Cause aliorum abscessu-  
 suum sunt aliorum humorum influxus, uel multitudo uaporo-  
 roforum spirituum. Cause ulcerum sunt quæcumq; sunt cause  
 solutionis continui sicuti apostema disruptum, uel humores  
 erodentes biliosi acres uel lapis egrediens, & quicquid scin-  
 dere uel aperire uel erodere has partes possunt, & c.

Loci consentientes de causis horum affectuum.

Aet. ser. 2. cap. 16. Renum inflammationes non solum hu-  
 mores corrupti, sed & plaga & pharmacorum potiones et  
 attritiones, & præsertim continuæ aquilonares. Auic. 18. c.  
 1. Cause apostematis renū sunt repletio in toto corpore, aut  
 in membris communicantibus aut qualitas & quantitas san-  
 guinis aut excoariatio lapidis aut retentio urine apud renes  
 extendens, Gal. aph. 4. comm. 75. fit magna ex parte a lapide  
 acuto uel admodum aspero aut a disrupto aliquo abscessu. Et  
 in lib. de tumorib. c. 2. causa inflammationis est sanguinis ca-  
 lidi influxus & c. Et. 2. de glauc. c. 6. Abscessus fiunt ab alio-  
 rum humorum influxu, & a multitudine uaporofoforum spiri-  
 tuum & c. Auic. loc. cit. Cause ulcerum sunt cause continuita-  
 tis solute & apertionis, & c.

De signis nephritidum.

Inflammationis renum & uesticæ indicia sunt loci affecti  
 ardor, & cum grauitate dolor, febris continua, Menis alie-  
 natio, bilisyncræ uomitus, Mingendi impotentia præser-  
 tim existente in uestica inflammatione. At si circa ilia dolores  
 fuerint & horror inæqualis et febris inordinata abscessum  
 in renibus cum loci cruciatu testantur. Signa ulcerum renum

uel uesticæ sunt urina crassa cum exiguis carunculis, Dolor in affecto rene, interdum exiguum pus mingitur, interdum sanguis & ramenta, ite fursuracea urina squamula & grauis odor cum mictu sanguinis & puris ulcerationem uesticæ denotât. Cognoscitur affectus esse in renibus uel in uestica per dolorem qui in differentibus locis accidit. Nam si ulcus sit in uestica dolor erit in pube, si in ilijs & dorso erit in renibus, si in urina meatibus, erit in media regione, &c.

Loci consentientes de signis.

Hip. aph. 3. aph. 36. Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt signa, doloresq; circa spine musculos fiunt. siquidem circa exteriora sient, abscessus quoq; exterius futuros expecta, si uero dolores magis circa interiora loca fiant etiam abscessus interius futuros expecta. Lege Gale. 6. de loc. aff. cap. 2. ibi, renem affectum esse cognosces, si dolores cum horrore interpellato uarioq; infestare uideantur. Hip. aph. 4. aph. 76. Quibus in urina crassa existente, caruncula parua aut ueluti capilli una exeunt his a renibus excernitur etc. Et aph. 4. aph. 77. Quibus in urina crassa fursurea quedam simul exeunt, ijs uestica scabie laborat. Et aph. 4. aph. 75. Si sanguine aut pus mingat aut renu, aut uesticæ, exulceratione significat. B. disce in com. Gal. quomodo renu affectus et uesticæ inter se distinguantur. Vide etiã Aui. 18. tra. 2. c. 2. ibi, signa ulceru. Et Hip. ap. 4. aph. 81. si sanguine aut pus minxerit aut squamulas et grauis dolor adsit uesticæ exulceratione sig. uide de his signis Arc. 9. almans. Decuratione nephritidum.

Cura inflammationis renu & uesticæ consistit in ablatione causæ, causa aut est influxus sanguinis qui si adhuc influit prohibendum est ne insuat diuertedo cum sectione uenaru que in cruribus circa poplite consistunt & cum cucurbitulis frictionibus etc. Quod si quidpiã iam fluxum est per euacuatione sanguinis

in cubito, deinde inflammationi ipsi per cataplasmata et fo-  
tus medendum, ita tamē ut si ad resolutionem tendat cum his  
quæ pluries dicta sunt, sicut in principio cum reprimentibus,  
in uigore cum mixtis, in decremento cum resoluentibus etc.  
Cura ulcerum etiam in abstergentibus ac mundificantibus cō-  
sistit, deinde cum his quæ cicatricē inducūt ac consolidāt, etc.

Loci consentientes de cura nephritidum.

Aet. ser. 1. cap. 16. Si inflammationis acumen non remitta-  
tur sed uehementior exurgat dolor, uena cubiti seccanda est  
sanguinis detractioe repetita, & si quid inflammationis re-  
linquatur ad cataplasmata procedendum &c. lege eū fusius  
Alicen. 18. tract. 2. cap. 3. Initio curationis est abscissio causæ  
per phlebotomiam ex basilica si sanguis est uicens, interdum  
fit incuruatura poplitis uel ea non apparente in saphena &  
si sint cum sanguine humores acuti calidi, per solutionē uen-  
tris cum casia fistula, & aqua casei. Et de cura ulcerum lege  
eum fusius. 18. cap. 12. ibi, in curatione ulcerum renum, &c.  
Lege de hac re Gord. et Arcul. ibi causæ antecedenti hæc cō-  
ueniunt, digestio, euacuatio, & diuersio, sed coniunctæ quæ-  
cunque a me dicta sunt.

Observationes circa uictum in inflammatione.

Alic. loc. cit. oportet ut detur in potu aqua dulcis frigida,  
sed non ita frigida ut prohibeas maturationem. 2. Abstineat a  
carne & dulcibus aqua calida & omne calidum nocet eis,  
& aqua plurima, non euacuetur quin laborare faciat renes  
suo ingressu & motu. 3. Et non est ulceribus & apostematibus  
aliquid magis congruum quam quies. 4. Et balnea non conue-  
niunt eis nisi in declinatione apostematum calidorum &c.

Observationes circa medicamenta.

Gal. 10 de comp. med. per loc. cap. 1. Quæ ad inflammas  
& ulceratas affectiones medicamenta componuntur, medi-

camentis mitigatorijs opus habent, Quum uero impossibile sit hæc cito ad regiones renum peruenire, ob id ipsis phar-  
 maca urinam cientia miscemus & c. Itidem ait. 4. meth. cap.  
 7. ibi quoties in uesica & c. Gal. 13. meth. cap. 6. Nec quum cir-  
 ca sedem uel aliam huic uicinam partem initium phlegmo-  
 nes incidit, aluum deiciet neq; cum in uesica uel cole uel reni-  
 bus est coepta, pharmaca quæ urinam prouocent bibenda da-  
 bis. Itidem ait. 13. meth. cap. 11. ibi, si quum in renibus & c. Et  
 13. meth. cap. 16. Calida quoq; uitanda sunt quum renes facil-  
 lime in duritiem occalescant & c.

Aet. ser. 2. cap. 16. Notat non esse exhibendum pharma-  
 cum purgatiuum, sed per clysterẽ aluum esse leniendam, nec  
 multam clysteris copiam infundendam, ne repleta intestina  
 renes comprimant, & c.

#### Observationes circa topica.

Auic. 19. tract. 1. cap. 10. Reprimentia frigida non longo  
 tempore applicanda, nam illud nocuum est & indurant apo-  
 stemata uelociter. 2. statim si fieri potest sedandus est dolor,  
 quum uesica sit membrum neruosum. 3. quod scimus soliciũ  
 in prouocanda urina quum frequentius retineatur in aposte-  
 mate uesicæ, & c.

#### De pronosticis nephriticorum.

Hip. aph. 6. aph. 2. Atrabile uexatis & renum passionibus  
 hæmorrhoides superuenientes bonũ. B. ob id quod mala qua-  
 litas humorum euacuatur & c. Auic. 18. tract. 2. cap. 1. Omnia  
 renum apostemata uelocia sunt ad hoc ut in lapidem conuer-  
 tantur. Et quando apostema calidum est in rene, & nõ sit us-  
 cum a febre, deinde accidat cõmixtio rationis, tũc est mor-  
 tale. Et cap. 10. loquens de ulceribus inquit q; multoties ex ul-  
 ceribus renum proueniunt fistule quæ nullo modo sanantur,  
 & ille cuius ren dirumpitur moritur secundum plurimum,



quod si scindatur non incarnatur nisi in parte carnosa, &c.

### De Diabete.

Hunc affectum uocant quidam hydropem matellæ, alij urinæ fluorem, alij dipsacon ab inexplibili siti, alij diabete qui nihil aliud est quæ renū affectio, in qua potio statim qualis assumpta est per urinam reijcitur, & raro accidere solet &c.

#### Loci consentientes de diabete.

Gal. 6. de loc. aff. cap. 2. Diabetes est proprius renum affectus, qui canina in ore uentriculi cupiditati proportionè respondet accedente, præterea retentricis facultatis imbecillitate. Paul. lib. 3. cap. 41. ο διαβήτης ταχεία του πινόμενου ἐστὶ δίεσθός ούρουμένων τοσούτων. σοῖα περ ἐπόδα διο καὶ δίωσιν ἀμέτρος, ὅθεν καὶ διαβήτης ἐκλεθὲν τὸ πάθος. &c. Auic. 19. tract. 1. cap. 17. est ut egrediatur aqua sicuti bibitur tempore breui & proportionè respondet ad lubricitatem stomachi.

#### De causis Diabetis.

Cause sunt uel retentricis facultatis imbecillitas, uel facultatis attractoriæ uehementia, Prima fit a mala intemperie frigida intrinsecus uel extrinsecus adueniente, Secunda fit a uehementi renum calore nudo uel complexo attrahens a uenis emulgentibus, & ex eis ad hepar extenditur & ex hepate ad stomachum et ad omnia mēbra, unde humiditates membra irrorantes attrahit & fit sitis uehemens, quæ potu non sedatur, unde διαβήτης dictus est. i. siticulus morbus &c. Fit etiam a resolutione lacertorum colli uesticæ &c.

#### Loci consentientes de causis Diabetis.

Auic. 19. ca. 17. Causa diabetis est dispositio renum ob imbecillitatem accidentem & dilatantem orificia meatuum, quæ fit ut aquositas non figatur in renibus. Et quandoque fit ex frigore, toto corpori uel renibus dominante, aut a potu aquæ frigidæ, aut propter uehementiam attractiuiæ etc. Lc

ge eum diffusus Galen. 6. de loc. aff. cap. 2. fit hic affectus a retentricis facultatis imbecillitate & c. Vide eum fusius, & plura intelliges.

### De signis Diabetis.

Signa quando fit ex caliditate sunt lumborum caliditas, urina multa in principio, sicut lotura carnis recentis minus tam infecta et rubea, ac si deffectu hepatis id proueniret, deinde processu temporis in qualitate & colore potus egreditur. Si fuerit a frigidityte, tunc circa lumbos percipitur frigus, & urina in principio est quantitatis consueta, deinde multiplicatur, & erit sicuti lotura carnis, sed minus tincta, quam in fortitudine attractricis facultatis, Adest semper sitis, nec ex bibitis satiatur, Sed quo plus sunt pota plus sitiuntur aqua, & c. et.

### Loci consentientes de signis Diabetis.

Aet. serm. 11. cap. 1. Comitatur sitis pertinax ex qua nulla ex potu satietas contingit, quare assidue bibere coguntur, & c. Vide de hac re Gal. 6. de loc. aff. cap. 2. Auic. nullam de signis Diabetis mentionem facit. lege tamen fusius Marc. Cat. cap. de Inuoluntario exitu urinae, ibi adest sitis intensissima, & c. et.

### De curatione Diabetis.

Cura in duabus intentionibus consistit, quarum altera ad ablationem causa studet. Altera ad membrorum urinae roborationem. Si causa igitur fuerit acritudo humorum euacuatione demitur, Deinde renes intrinsece & extrinsece cum succo granatorum & limonum infrigidentur. Si causa fuerit frigiditas ex qua retentrix imbecillis sit, roboranda erit cum calidis stypticis sicut cum decocto myrti, sumach, balau stiarum absinthij cum uino calibeato, aut cum puluere tali, recipe cupularum glandium. 3. i. Thuris myrrhx ana. 3. quinque pellicule stomachorum gallinarum. 3. iij. Misce &

fiat puluis. Conueniunt etiam Troch. de spod cum. s. acetosæ  
 T. de terra sigillata de balauistijs cum uino uel aqua absint hij.  
 Si causa fuerit uehemētia attractoria facultatis a superflua  
 caliditate innata, tunc expedit infrigidare & stypticare qua  
 ratione conueniunt. sy. de agresta de acetositate citri cū aquis  
 portulacæ lactucæ, & ung. sandalinum comitisse infrig. Gale  
 ni, si causa esset relaxatio musculorum colli uesticæ, conueniūt  
 quæcunq; de paralitide scripta sunt qualis est diacorus, Aco=  
 rus conditus & c. Sitis remouetur si dato potu euomatur, &  
 rursus frigidiore dato, iterum reuomatur, donec sitis extin=  
 guatur & aquositas a renibus diuertatur. Somnus etiā hac in  
 re commendatur. Quod si prædicta morbum omnino nō ab=  
 stulerint, non erit præter rem si stuporem inducentibus ut=  
 mur sicuti lactuca papauere uel cerata ex succo papauere cō=  
 fecta & renibus adnota.

#### Locī consentientes de cura Diabetis.

Auic. 19. Trac. 2. cap. 18. Diabetes ut plurimum accidit ex  
 caliditate ignea, quapropter plurimum curationis eius est  
 infrigidatio & humectatio & c. lege eum susus.

Aet. ser. ii cap. i. Scopus medendi est ut humorum acredi=  
 nem auferamus sanguinemq; ac cum eo permixtum humore  
 serosum, ad tardio rem motum reddamus, & renum intem=  
 periem reuocemus. Vide etiam Aet. ibi, uictus sit boni suci  
 mordacitate carens, ut sunt oua sorbilia, halica, carnes porci  
 næ, uinum ruffum crassius frigidum dilutum. Item caseus re=  
 cens sine sale, Vide etiam Paul. & Marc. Cat.

#### Observationes in cura diabetis.

Auic. 19. Tract. 2. cap. 18. Quæ oportet ipsum agrum uita=  
 re est labor dorsi & assumptio diureticorum & c.

#### Observationes in euacuatione.

Gal. 7. meth. cap. 13. inquit quod euacuatio est renum tho=  
 =

facis arteriarum & uenarum & cordis, & utriusq; uesicæ commune quoddam opus, fit tamē euacuatio leniens ut Auic.

Conferentia Diabeti.

Infrigidant renes ac diabete conferunt, Camphora illini-  
ta uel bibita casia sylvica, cucurbitæ condita, oleum cucur-  
bitæ, Plumbum &c.

De pronosticis Diabetis.

Aet. ser. II. cap. I. Si amplius mordens caliditas in uisceri-  
bus augeatur Venter superior corrugatur & uena in ipso  
elevantur, uniuersumq; habent gracilem habitum & tabes to-  
tius corporis accedit, qui uero non mingunt nec ex eis potus  
transpirat ob potus satietatem & humoris inundationem et  
uesicæ circumfensionem, acruatim uentre rumpuntur B. si-  
quis Aet. intelligere uoluerit supponere habet duas diabetis  
differentias, Alteram in qua talis potio qualis assumpta est  
per urinam reijcitur, Alteram in qua nihil penitus mingi-  
tur, nec potus per alia loca transpirat, Qui igitur primo dia-  
bete, laborant, incurrunt marasimum uel tabem, consumpta.  
s. omni uenarum humiditate unde gracilis habitus oritur, &  
tandem mors, Qui uero non mingunt, nec per alia loca po-  
tum excernunt, dum bibere non desinant, uentre rumpuntur,  
Vide Gal. 6. de loc. aff. c. 2. ad finem, Et Auic. 19. cap. 17. quan-  
do; perducit ad liquefactionem & ad ethicam &c.

De urinæ stillicidio & eius difficultate.

Mingendi actio bifariam leditur in emittendo s. urinam  
& in retinendo, Actio emittendi urinam, uel abolita est uel  
imbecillis, uel deprauata, si abolita tunc *ἰσχυροπία* dicitur,  
& est quum nullo pacto eger mingere potest. Si uero imbe-  
cillus fuerit tunc *δυσουρία* a Graecis dicitur, a Latinis diffi-  
cultas urinæ, quæ nil aliud est quam meiēdi desiderium cum  
urinæ difficultate & trifariam consideratur, primo quum

tenuiter mingitur secundo quum in mingendo patiens longa moram occupat, tertio quum mingere incipit & in mingendo perseverare non potest sed plerumq; intercipitur, Si uero actio mingendi fuerit deprauata tunc excretio urinae non nisi guttatim destillabit & uocatur  $\sigma\tau\epsilon\gamma\gamma\omicron\upsilon\pi\tau\alpha$  a Graecis a Latinis uero urinae stillicidium & est & excretio urinae guttatim stillantis & c. unde uersus.

Aegrum guttatim stranguria mingere cogit  
 Supprimat urinam, sed non disuria semper  
 Urinae quicquam nec uult ischuria reddi.

Loci contentientes de stillicidio urinae & diff.

Gal. 6. de sympt. cau. cap. 2. At huiuscemodi ambo uesticae morbi unum commune symptoma, iscuriam. i. urinae suppressionem, Est & aliud symptoma quum nihil penitus urinae in uesticam delabitur, abolita nimirum renu actione & c. Et aph. 5. com. 58. Quando aliquis parum & frequenter mingit haec passio urinae stillicidium nominatur & c. Vide haec de re Alexand. lib. 3. cap. 38. Item Arcul. 9. almanf.

De causis stillicidii & difficultatis urinae.

Causa primitiuae uel sunt extrinsecae qualis est casus percussio et lesio instrumentorum urinae, uel non extrinsecae sicut sex res non naturales assumptae & c. Causa antecedens est triplex, uel ex parte uesticae, aut a lesione facultatum eius, aut a dispositione urinae, Si ex parte uesticae, tunc lesio aut est in meatu colli uesticae, aut uirgae, & tunc uel est aliquis abscessus uel ulcus uel scabies ex quibus dolens natura timet extramittere urinam, uel erit quaedam obstructio obstruens urinae meatum, Si uero a lesione eius facultatum, tunc uel erit uirtus sensibilis laesa quae nec mordacitatem aut grauitatem urinae percipit, uel motiua uis uoluntaria laesa, dum musculi relaxantur, & incontinentia urinae accedit, uel retentio &

expulſorie facultatis imbecillitas quæ a mala intemperie,  
aut à defectu ſpirituum prouenit. Si a diſpoſitione urinae, tunc  
urina quantitate, aut qualitate, peccat, quantitate quum ipſa  
uel nimis ſit pauca, uel nimis copioſa, unde expelli non po-  
teſt, qualitate quum nimis calida mordicans ulcerans, &c.  
Cauſa etiam poteſt eſſe imbecilitas renum non ualens aquo-  
ſitatem attrahere uel expellere ob malam intemperiem fri-  
gidam aut calidam aut ob earum obſtructionem, Cauſa per  
conſenſum erit ex parte membrorum principalium, ſicuti  
hepatis in ſequeſtratione aquæ deficientis, uel ex parte cere-  
bri ſpiritum animaleſ reſtrahentis, &c.

## Loci conſentientes de cauſis.

Auic. 19. traſt. 2. cap. 6. Et fortasſe cauſa eſt frigus, aut ca-  
lor de foris aut percuſſio aut retentio urinae plurimæ &c.  
Aut ſit propter cauſam in meatu colli ueſicæ & capitis uir-  
gæ. Aut propter cauſam in uirtute, aut propter cauſam in in-  
ſtrumento, Aut propter cauſam membri mittentis, Aut pro-  
pter cauſam in urina &c. Gal. aph. 3. com. 16. & aph. com. 58.  
cauſam eſſe inquit imbecillitatem retentricis facultatis, quæ  
ab intemperie et aliquo præter naturam tumore fieri ſolet,  
uel acrimoniam urinae quæ etiam a renum paſſione uel a ſu-  
perfluitate ſeroſa exuenis ad ipſas percolata prouenit, Et  
ſtillicidium urinae fieri inquit recto inteſtino & utero infla-  
mationem patiente, & hoc per compatiendi rationem aut a  
pure ex renibus ad ueſicam euacuato. Obiectio.

Gal ſtranguriam eſſe quoddam retentricis potentiæ ſym-  
ptoma hic inquit. Et tamen 6. de ſympt. cau. repoſuit eam in-  
ter expulſoris potentiæ ſymptomata. Reſponſio.

Soluti dubium Gal. 6. de loc. aff. cap. 1. dum inquit humores  
mordaces omnia inteſtina & ueſicam ad excretionem exci-  
tant, qui uero mordaces non ſunt imbecillitatem inteſtinorū

sequi consueverunt, quia retinere contenta nec exiguo quidē tempore possunt, ac si dicat. Si a mordacitate humorū stranguria fiat ad expultricem pertinebit facultatem, si uero ab imbecillitate ad retentoria, lege de his causis Aet. ser. ii. cap. 19. & Paul. & c.

De signis illi licidii ac difficultatis urinæ.

Stillidium urinæ, & eius difficultas ex se manifesta sunt. Signa eius causarum erunt (si prouenit a frigore) urinæ tenuitas uel crassities cum albore & frigus sentietur. Signa ab humorum acrimonia habentur ex urina acri bilem attestante, uel ab habitu ipso uel a colore & ab his quæ intemperiem calidam denotant. Signa apostematis sumuntur ex febre, uel quia paulatine fit affectus et ex dolore loci et eius extensione & tumore. Signa lapidis & obstructionis per syringam intromissam habebuntur. Signa humoris crassi cognoscuntur ex grauitate sensata & pondere. Signa statuosi spiritus est tensio sine grauitate loci, quæ interdum permutatatur. Signa mollificationis musculi uesicæ sunt egressiones urinæ absq; uoluntate. Signa contracti musculi uesicæ sunt, quia urina retinetur, nec potest educi nisi cum ualida compressione. Signa debilitatis sensus sunt quod æger mordacitatem urinæ non sentit. Signa expultricis facultatis læsæ sunt, si ex compressione facilis fiat urinæ ductio. Signa difficultatis urinæ per consensum hepatis & cerebri, sunt eorum ægritudines præcedentes, & quod non apparent læsiones aliæ instrumentis urinæ.

Loci consentientes de signis.

De his signis lege Auic. 19. Tract. 2. cap. 7. ibi, Signa eius cuius causa est frigus, est albedo urinæ cū crassitie & tenuitate, & multitudo surgendi ad mingendum, & sensibilitas frigoris, & c. lege diffusus librum & plura inuenies, Paul. li.

cap. 45 si neq; ab inflammatione, neq; a calculo, sed ab urinae acrimonia dependeat cognosces per signa bilem attestantia, Si uero a frigido fiant, aderit urinae tenuitas alborq; & præter alborem crassities quæ humorem pituitosum denotat, lege Arcul. Alex. & Gord. & c.

De cura stillicidii & diff. urinæ .

Cura huius morbi consistit tantummodo in eius causarum ablatione, ac in urinae prouocatione, Inquiratur ergo omni studio eius causa, nam si fuerit a frigore tunc calefaciendo et regimen calefaciens instituendo facile curabitur, proderunt interim clysteres ex rebus calidis, inunctiones & foci calidi prout sermo erit. Si causa erit obstructio coli uesicæ, uel fiat ab apostemate cura erit apostematis prout millies dictū est, si a materia lapidea recurratur ad caput calculi, Si a materia pituitosa saniosa uel sanguinis coagulatione, tunc intentio erit materiam attenuare cum incidentibus attenuantibus ac apertiuis. s. cū syr. bisantino de duabus rad. oxymelle simp. cum aquis foeniculi apij etc. deinde urinam prouocare, Prouocatio urinæ multifariam fieri potest, primo leuiter uesicā comprimendo uel cum supposito ex sale gmeo, uel cum titillatione in capite uirgæ cū fricatione in collo uesicæ propeanum, Proritant urinā ualidius in unctiones ex oleo scorpionum & liliorum alborum. nam præter quod calefaciunt etiam resoluunt ac relaxant, Similiter foci ex pari taria ex senetione cum diuersis oleis in sartagine frixis & pubi admotis, uel ex rebus magis calidis ut cum calamento pulegio sabinæ, Intrinsicus conueniunt clysteres ex hiera picra benedicta cassia Zacharo & oleis scorpionum, Conueniunt etiam Decocta foeniculi asparagi brusci apij petroselini, uel decoctum Inimperi sabinæ. Item puluis corticis oui, a quo pullus egressus sit a suo cortice depurati ad quantitatem drac. unius



Item rubea tinctorū cantarides amotis pedibus et alis, Prox  
uocant etiam urinam. Dialaca diacurcuma iustinianum, &  
confectio de cineribus scorpionum, &c.

Loci consentientes de cura stillicidii, &  
difficultatis urinæ.

Paul lib. 3. c. 45. Si ab acrimonia humorum dependeat cō  
uenit ptisanæ cremor pisces, balnea uictus; idoneus, Acria  
uitanda sunt uinum exercitium & tarda comestio. Si uero  
a frigida intemperie conuenit uinum calidum & cibi qui uri  
nam prouocent, & hæc de regimine, Aet ser. 11. c. 19. Conside  
randæ sunt præcedentes causæ, nam si fuerit frigiditas cum ca  
lescentibus & urinam prouocantibus tollenda est, addit  
etiam ad pectinem fotu, Si uero caliditas præcessit sicut uri  
na acris & biliosa attestatur, tunc sane exuberantem humo  
rem uitiosum quam celerrime purgare oportet, uitatis inte  
rim omnibus falsis & acris, Quod si nec acrimonia ad  
huc auferatur lac ipsum cum amylo in uescicâ deijciatur, &c.  
Auic. 19. tr. 2. cap. 8. Si causa est humor uel sanies opus ut cu  
ratur cum apertius ac diureticis & c. lege eum fusus, lege  
etiam Arcul. 9. almans. Item Mar. Cat. & rem aptius ac di  
xerim, intelliges.

Conferentia stranguria.

Conferunt stranguriæ decoctio Acori. cap. uen. Altea Al  
lei, Amygdala amara, Apium, casta lignea, cicera, cyperus,  
Semina cucurbitæ, Gladiolu., gramen, chamedrys assarum,  
phu, cardamomū, locuste suffumigium, maiorana, mel, meu,  
mezereon, millefolium, ruta, serpillum, sisimbrium aspara  
gus, scilla, terebinthus, porcelliones, uirga pastoris, usnea, ra  
pa satiuæ, yaphanus, milium panicum. Composita sunt confe  
ctio alchechengi Auic. Egezea conf. mes. philonium roma  
num, mitridatum, oleum amygdal. de sabina, de osibus per  
ficorum,

ficorum, oxymel scilliticum, socrita conf. haly. Theriaca. T. de absinthio.

De pronosticis stranguriæ & disuriæ.

Hip. aph. 6. aph. 6. Renum & uesticæ vitia in senibus difficulter sanantur. B. & hoc aut propter inquietudinem renū, aut humorum acrimoniam aut virtutem senum imbecilem, Nam qui morbi senibus accidunt longi plerunq; ad mortem ipsos concommittantur. Auicēn. 19. tract. 2. cap. 6. Expertum est in pluribus hominibus & dictum est, qui habet difficultatem urinæ et aduenit ei postea tenasmon, moritur in septimo nisi accadat febris & plurimam prouocationē urinæ faciat, etc.

Aet. ser. 2. cap. 19. Si acris humor diutius in uestica moretur partes ipsas corrodit & exulcerat & c. Hip. apho. 3. aph. 16. in fine, in siccitatibus lippitudines articularum dolores, urinæ stillicidia disuriæ & c. Lege etiā. 22. aph. 3. & 31. eiusdem, ibi. senibus spirandi diff. urinæ stillicidium disuriæ siue urinæ difficultates. Et aph. 5. aph. 58. Recto intestino aut utero inflammationem patiente, urinæ stillicidium accidit & renibus purulenti urinæ aduenit stillicidiū. Et aph. 49. li. 7. Urinæ stillicidiū & mingēdi difficultatē seu disuriā, uini potio & uenæ sectio soluit, incidere autem interiores intalo est bonum, & c.

De urinæ retentione.

Quæ a græcis ἰσχυρία dicitur est exacta prorsus urinæ retentio periculum asserens & c. Et hoc attestatur Gal. li. fin. med. ibi. Ischuria est exacta prorsus etc. uide ēt Gord. etc.

De causis retentionis urinæ.

Causæ huius affectus sunt octo, inflammatio, durities, sanguinis grumus expultrici resolutio, lapidis prociencia, membrorum compasio, ulceratio, & lithiasis uel alia obstructio, Retinetur etiam urina ob negotiorum importunitatem uel per somnum & c.

Loci consentientes de causis retentionis urinæ.

Gale. 6. de loc. aff. cap. 3. Ischuria prouenit quum circa id quod continetur contrahi non potest ut ipsum exprimat, interdum obstructio inferioris meatus, aut a crasis humoribus, aut impactu lapide, nonnunquam ab inflammatione, uel alio tumore efficitur ut angustior meatus reddatur, uel omnino obstruatur, lege locum hunc fusius & antedictas causas inuenies & c. Lege etiam Aet. ser. 2. cap. 21. ibi accidit & sanis sepe urinam ipsorum cohiberi ob negotiorum importunitatem, ac si diutius in cōcionibus foro iudicario somnisq; mictionem retinuerint & c. Lege Galen. loc. cit. & Auic. & Arcul. & alios modernos.

De indiciis retentionis urinæ.

Ischuria ex compressione urinæ statim cognoscitur, sed causarum suppressionis indicia, non tamen usquequaq; sunt nota. Signa igitur q; ex facultate excretoria hæc fiat cognoscitur ex compressione uehementi ex qua urina excernitur. Signa obstructionis erunt si minus per compressionem urina excernatur, & tunc obstructio erit agrumo sanguinis, si nulla adsit lapidis nota, & sanguis effluat, uel erit ab abscessu si pus excernatur, uel inflammationis notæ nõ aderint, uel erit a caruncula si ulcus & ulceris indicia præcesserint, uel erit a lapide si intromissa fistula aenea lapidem remouendo urina euacuetur. Similiter si a crasis humoribus fiat obstructio, cognosces ex uictu præcedente, si in otio educatus, si multis cibis crasis acuiscidos humores generantibus usus fuerit etc.

Loci consentientes de signis retentionis urinæ.

Gal. 1. de loc. aff. ca. 1. Intueri oportet præterita & præsentia, nam si a resoluta facultate uesicæ ischuria proueniat, tunc hominem ita figurato, ut decliuus sit ceruicis uesicæ positus, ac tumorem præter naturam comprime, ut urina expellatur,

quod si minus profeceris tunc facultatem non resolutam, sed potius urinæ fistulam obstructam cõijce. Si igitur obstructio a lapide fiat & c. lege totum hunc locum et inuenies quæcumque a me supra posita sunt. Lege etiam Gale. 6. de loc. aff. ca. 3. ibi, non fungente suo naturali munere uestica & c.

B. Nota quod in omnibus corporis partibus est naturalis quedam uis excretoria quæ excrementa secernuntur, naturalis dicta eo quod uoluntati non obediat, sed naturaliter agit, unde musculus ceruicem uesticæ circundans, tanquam uoluntati ipse obediens uolentibus nobis eo usq; ab actione quiescit, donec uestica suo munere fungatur & c.

#### De cura retentionis urinæ.

Quam primum ischuria causam agnoueris facilis erit cura, nam suppressio urinæ causas ammouere est curatio. Si igitur inflammatio causa sit retentionis urinæ, curetur, inflammationum curatione, quod si pus uel humor, uel sanguinis grumus in causa sit per dissoluentia pubi adnota (uitatis urinam cientibus ne maior uel obstructio uel extensio circa uesticam fiat) statim curabis, uel his non conducentibus, ea imittenda sunt in uesticam quæ dissoluunt per syringam. Si uero propter obtusum uesticæ sensum urina suppressatur, irritando excitare eius actionem expedit cum infesionibus aut cemicibus capiti uirgæ adnotis. Si causa sit lapis, tunc adnota syringa lapis excutiendus est, & sic de singulis, prout supra de distillationis urinæ cura dictum est, & c. Aduertendo etiam quæcumq; a Paul. superius de regimine dicta sunt, & c.

#### Loci consentientes de cura retentionis urinæ.

Aet. ser. 2. ca. 21. Si ex inflammatione urina suppressatur, fessione uenæ curabitur adhibitis etiam fomentis et cataplasmatibus quæ sæpius adinflammata, dicta sunt, si uero suppressatur a sanguinis grumo, tunc grumus eo pacto dissoluentus,

quo de eruptione sanguinis dictum est, si uero lapis urinam  
supprimat, a loco excutiendus est & c. lege Arcul. 9. almās.  
ubi de sectione agitur quæ alijs non iuuantibus in collo uesticæ  
fieri solet, & c.

Stranguriæ & ischuriæ conferentia.

Conferunt Stranguriæ & ischuriæ abrotanum, acorus, a<sup>z</sup>  
garicus, alleum, althea, ameos, amygd, amar, anethum, apium,  
arthemisia, bacca lauri, balsamum, baucia, chamedrys cha=  
mepithys, carpobalsamum, castoreum, centauream, ciminum  
cimices, cinnamomū, cyperus, cypressus, cuscuta, crocus, dau=  
cus, elenium, epithimum, feniculus, fex uini iusta, filipendula  
auis, furfur tritici, galbanum, genestra, melanthion, iunipe=  
rus, cassia, therebinthus, lapatiū, lithospermō, locustarū suffis  
migium, lūbrici terreni, maiorana, matricaria, mirtus, na=  
sturtium, organū, ocimum, paritaria, peonia, peucedanū, ca.  
uen, portulaca raphanus, rapa, satiua, sifer, ruta, rosmarinus,  
salua sabina, saxifragia, senation sepia, serpillum, siler, sylim  
briū, sinapis, scordeon, asparagus, scenoathos, stechas, tamari  
scus, trifolium, betonica, uinum scilliticū, hypericō hyringus,  
iris, porrū, cæpæ, asphodellus, petroselinū iuncus odoratus,  
calamus odoratus, resina mulei pini, lentiscus, hordeū, mel,  
eruiū, pepo, piper, capparis, centauriū. Composita sunt aureū  
ung. nic. diaprassium, diapiretrū nic. iustinū conf. nic. etiā mu  
cos mingētibus pillulæ diacastoreæ, nic. ungu. mellinū dio c. an  
tidotum emagogum nic. & cæt.

De pronosticis retentionis urinæ.

Hip. aph. 4 aph. 80. Si sanguinem mingant & grumos &  
stillicidium urinæ habeant, & dolor in inum incidat uen=  
trem & pectinem & fœmen, circa uesticam labor est. B. in=  
telligit pro labore morbum, nam non refert siue  $\tau\omicron\upsilon\epsilon\iota$ , siue  
 $\nu\omicron\upsilon\epsilon\iota$  quis dixerit & intelligitur de omnibus urinæ instrua

mentis, nam partem pro toto. i. pro uestica totum quod uestica annectitur, hic accipit & c. Et aph. 4. aph. 82. Quibus in urinaria fistula tubercula nascuntur, ijs suppuratione facta & eruptione, solutio, B. hic subauditur quod ex his tuberculis ischuria fiat, quibus diruptis proculdubio sanatur, Nota tamen q. in antiqua translatione Gal. pro ischuria legitur male straguria etc. Aet. ser. 2. c. 24. quæ non eiciat locium, subiecta membra mortificantur, neq. ita longe post moriuntur.

De urinæ incontinentia.

Quum urina inuoluntarie excernitur tunc resolutione uesticam laborare dicimus, & c.

Locis consentientes de urinæ incontinentia.

Aet. ser. 2. cap. 24. Quibus resoluta est uestica ijs uel præter uoluntatem urina excernitur uel supprimitur, Lege Aui. 19. cap. 13. de Inuoluntario exitu urinæ. Et Pau lib. 3. de urinæ incontinentia, Lege etiam cap. 18. ubi de resolutione, quæ unamque particulam obsedit, mentionem facit, Lege etiã Arcul. 9. almans. & Sauonarolam, & c.

De causis incontinentiæ urinæ.

In causa est ut plurimum resolutio musculi, qui ceruicem uesticæ ambit, item facultatis retentoriæ imbecillitas, item nimius potus, hepatis imbecillitas, segregare aquositate non ualens, item nimia renum caliditas & superfluum frigus, acuitas urinæ, & luxatio uertebrarum spinæ.

Locis consentientes de causis incontinentiæ urinæ.

Gal. 6. de loc. aff. cap. 3. si musculus qui uesticam claudit resoluatur tunc inuoluntaria urinæ excretio prouenit & cæt. Aui. 19. tract. 2. cap. 13. fit ut plurimum propter superfluitatem frigoris & mollificationem lacerti, & debilitatem uirtutis attractiue in uestica & renibus et propter caliditatem plurimam attractentem ad uesticam resudationem a corpore, et propter

coarctationem stercoreis comprimendam & propter acuitatem urine & c. Lege Aet. ser. 2. cap. 24. Et Gale. 6. de loc. aff. ca. 3. ibi, Alter luxatis ad extremas partes spinæ uertebrae inuitus urinam profudit, nullo infestante uescicam dolore, cōiecinus eius musculi neruum qui uescicam claudit esse affectum, proinde spinam curare uoluimus, & c.

#### De signis incontinentiæ urinæ.

Nota esse possunt signa tum ex relatione infirmi, tum ex his quæ dicta sunt, nam quotienscunq; copia urinæ frequenter emittitur, & in minctione ardor non sentitur, nec siim æger patitur, nec corporis extenuationem, tūc iudica musculum uescicæ esse resolutum a quo excretio inuoluntaria urinæ procedit, & cæ.

#### Loci consentientes de signis.

Lege Razen. 9. almans. de fluxu urinæ, & Auic. 19. cap. 13. ibi & scire facile sit ex eis quæ præterierunt & c.

#### De cura incontinentiæ urinæ.

Cura talis sit qualem diximus in cura diabetis, pro quibus lege diffusius Aet. ser. 2. cap. 24. & ubi ad eos qui se in somno permingunt remedia scribit, & Auic. ubi de mictu in lecto sermonem facit & est fen. 19. tract. 2. cap. 15. Item curam de inuoluntario exitu urinæ & c.

#### Conferentia inuoluntario exitui urinæ.

Conferunt inuoluntario exitu urinæ & mollificationi uescicæ, Acetum scilliticum, Acorus, calamus aromaticus, chamæpythis, cininum, cinis unguarum apri, cyperus cochleæ pulmo hedi, helenium, carnes eritij foeniculum agreste, chubebe, Laurus alexadrina, cerebrum coagulatum leporis, lignū aloes, mumia, ostraca granapini, cortices pupuli, sisimbrium, scolopendria, uescica apri, mures elixæ & commestæ. Composita confectio aristomachi Auic. Confectio philosophorū Auic.

ibi. i. s. Vinum extinctionis ferri, oleum nardinum oxymel  
 scilliticum, electuarium piperis haly tamarycon conf. bali. tri  
 fera magna. trifera de scoria maior Auic. Tro. Alchechengi  
 Auic. hiera Galeni.

De pronosticis incontinentiæ urinæ.

Aet. ser. 2. cap. 24. Qui præter uoluntatem urinam emit=  
 tunt quâto plus eis cõtîngit eo minus periculo sunt obnoxij.

De ramicum generibus. i. de hernijs.

Quod ramicen siue herniam latine dicimus græci κηλας  
 omnes fere testium tumores uocant & sunt numero octo:  
 primus hydrocele quæ est incoeli humoris in parte scroti  
 collectio. 2. Enteroccele est intestini in alterum locū paulatim  
 uel semel delapsus. 3. Hidrenteroccele & est delapsus intestini  
 aqueiq; humoris collectus in scroto. 4. Cirsocele & est quo=  
 rundam uel omnium uasorum quæ testem alunt dilatatio. 5.  
 hydrocirsocele & est dilatatio uasorum unde aluntur testes,  
 & crudi humoris in scroti aliqua parte collectio. 6. Epiplo=  
 cele & est omēti lapsus in partem scroti. 7. Enteroepiploce  
 le, & est intestini, et omenti, & in scroti partem delapsus  
 8. Sarcocele. i. carnosus ramex, Inuenitur etiam exōphalos. i.  
 prociens umbilicus & est umbilici prominētia diuersis de  
 causis proueniens, sed nos de hernia aquosa & intestinali  
 tantum & inguinali uerba faciemus, & c.

Loci consentientes de generibus ramicum.

Gal. lib. de Tum. præter naturam. c. 17. & 18. Induratis te  
 stibus σαρκωκελην, nomen imposuere, quum uero in testium  
 tunicis humor aquosus colligitur, υδρωκελην, si uero omen=  
 tum in testium tunicas descendat επιπλωκελην. si uero peri=  
 toneum in inguina profluat βομβωνοκελην, si circa umbili=  
 cum εφομφαλον, & uide Gal. libr. finit. med. Auic. 2. cap. 2.  
 enumerat etiam octo species herniarum quæ sunt uentosa,



aquosa, saniosa, carnososa, uaricosa, Zirbalis intestinalis & apostemosa. & hoc sub rupturæ nomine, caput deinde aliud facit de umbilici augmento quod alij de eminentia inscribunt et habet tot species quot de hernijs nuper diximus. Vnde uentosa a grecis dicitur πνευμοφαλον, carnososa σαρκοµφαλον, aquosa υδροµφαλον, Zirbalis επιπλοµφαλον et est omenti in umbilicum decursus, & sic de singulis, lege de his fusius iuxta Aet. ser. 14. cap. 22. 23. & 24. De caulis ramicum.

Cause sunt intrinsecæ & extrinsecæ sicut casus percussio plaga saltus uel quicumq; alius motus uiolentus. Cause intrinsecæ sunt per se notæ, nã a flatu flatuosa in parte abdominis contenta dicitur, Varicosa a latitudine uenarum, & ab eariû imbecillitate prouenit. Aquosa ab aqueo humore in scrotum delapso & sic de reliquis. Hec autem proueniunt peritoneo membrana aut nimium extenta aut rupta, & c.

Loci consentientes de caulis ramicum.

Aet. ser. 14. ca. 22. Aquosa hernia interdum ex occulta interdum a manifesta causa contingit, ex occulta quum aquosus humor circa partes corpusculorum quæ scrotum continent ac implicant, sanguini admixtus, collectus fuerit, ex manifesta quum ex plaga collisis uel fractis uasis sanguis affluens in substantiam aquosam transmutatur. Gal. lib. de Tum. præter naturam. cap. 18. Interiori membrana quam greci περιτονον uocant, uulnerata ac rupta. fiunt ramicæ & c. Lege hunc locum fusius lege etiam Auic. fen. 22. cap. 2 ibi Ruptura fit propter solutionem paniculi & c. lege etiam Arc. et Paul.

De signis ramicum.

Signum commune omnibus rupturis est tumor inter abdomen & peritoneum apparens. Signa herniæ apostemose sunt, signa abscessuum communia. s. tumor durities, grauitas, dolor, & q. paulatine augentur. Signa herniæ zirbalis sunt

quia paulatine aduenit, nō sentitur, rugitus, est parua quātūta  
tis nec multū ad profundū osei se extēdit, nec resupinato æ  
gro ita facile reuertitur ac intestinalis. Signa enterocoles. i.  
intestinalis sunt facilis reductio, quū resupinatur, rugit dum  
intromittitur, nisi uel flatus uel sicca feces in causa sint, nec  
tā cito introducatur, est præterea magna molis, accidūtq; do  
lores uehemētissimi, dum oseū extendit & testiculum cōpri  
mit. Signa aquose sunt qui a tactui cedit & extēditur oseum,  
cognoscitur etiā per eius splendore, lenitatē, itē quia cū mol  
litie grauis est et paulatine fit, nec quomocunq; æger situe  
tur interiora petit. Signa flatuose sūt quia redit absq; dolore  
statim facta cōpressione, absq; q; æger resupinetur, etiā per  
cussa resonat, nec adest grauitas, nec lubricitas sed cū lenita  
te tēdit signa sarcocoles. i. carnosæ sunt quia cū duritie tumet  
& est absq; dolore nō augetur nec minuitur. Signa uaricose  
sunt quia ipsa est dura oblōga ueluti uirga, cuius crassities exce  
dit quādo crassitiē digiti, cognoscitur et ex repletis uenis etc.

Locis consentientes de signis ramicum.

Auic. 22. c. 3. Signū autē cōe rupturis est additio apparēs et  
sentitur inter sifach & mirach Signū herniæ intestinalis est  
reductio eius cū uelocitate cū resupinatur, & sensibilitas ru  
gitus & proprie quū premitur, hernia uero ex zirbo & si  
fach cognoscitur ex aduētū eius, paulatine & c. lege eū susus  
lege et Arc. 9. alm. Item Aet. ser. 14. c. 22. & plura intelleges.

De curatione ramicum.

Scopus curandi hydrocelē & flatuosum ramicem, est cau  
sā a qua humor aquosus uel flatuosus gignitur, amouere. Quā  
fiet primo, cū phlegmagosis uel aquosum humore e ducenti  
bus phar macis siue clysteribus, deinde cū resoluentibus sicuti  
cū farina fabarū cimino, emplastro de baccis lauri & simi  
libus deinceps prohibendum est ne noua eodem in loco aqua

uel flatus generetur. Prohibent nonnulli extrahendo aquam, alij cum cauterijs urendo usq; ad epidimin quem arabes didimum uocant, sed reuera in hoc casu uestionem ualde timeo, nam si epidimis totus uratur, uereor ne testes corrumpatur. Si minus, certum est quod per partem non uestam ad huc aqua descendet, quare satius mihi uidetur aquam resoluētibus extrahi quam urentibus. Cura enterocoles & epiploceles. i. hernie intestinalis & Zirbalis in duplici intentione consistit in reductione. s. intestinorum ad suum situm, et in retentione in situ suo conuenienti & in constipatione seu consolidatione rupti ac laxati. Reducuntur ad suum situm intestina et omentum si resupinato patiente cum cruribus sursum uersus eleuat, cum leui manu comprimantur & leuiter agitentur, quibus obuētum renitentibus primum cum resoluentibus ac discutientibus mollientibusq; statum succurrimus, ut cum decocto althee canomille melliloti flini. foxnugreci, anisi, cimini, cum spongia applicato, uel cum oleis canomille, anethi, amygd. dulci, adhibita interim diligentia, ut emollientibus ac unctuosis chysteribus feces extrahantur. Retinentur etiam in suo situ intestina pluribus medijs, primo cum fotu ex aqua uino & aceto decoctionis gallarum nucum cupressi, & aluminis, secundo cum cerato depelle arietina, descriptione gentilis, stringendo locum in quo eminentia apparet cum cingulo quod uulgo bracherium dicunt, nō mutando id nisi ad 14. diem. 3. cum potionibus constipantibus, unde aliqui utuntur scrupulo uno limaturæ calibis cum uino, in quo hepatica ter restris galle uirides, & nuces cupressi incoctæ sint. 4. cū manuali operatione sicut cum incisione ac actuali siue potentiali uestione. Et modum incidendi docet Auic. & Albucasis & pleriq; alij, quos uidere poteris. Cura sarcocoles. i. carnosæ hernie, eo modo erit perficienda, ac si esset quidam scirrhus. Si-

militar apoftemofum ramicem curabis non aliter ac curari  
solent alij abfcessus, eminentia uero umbilici eandem fere  
curationem requirit ac de hernijs dictum est &c.

Loci consentientes de cura ramicum.

Act. ser. 14. cap. 22. Tutissima itaq; curatio herniarum chi  
rurgia & uisione perficitur, si peritus artifex contingat, po  
test etiam medicamento scrotum inuri, & consumpto humo  
re & cicatrice inducta firmari etc. Gal. meth. 14. cap. 13. quod  
humor qui in hydrocellis uisitur, alienus a corporis substan  
tia tota natura sit, sicuti etiam que in ascitis hydropibus con  
tinetur aqua, dixisse sufficit, quarum certe euacuationem uel  
medicamentis que digerant molimur, uel chirurgia in hy  
drocele quidem immisso siphone, inasciti adhibita punctio  
ne quam paracentesim uocant &c. Vide hac de re Arc. 9. al  
mans. Auic. & Marc. Cat. Auic. 22. cap. 5. Si ambo ad osium  
descendat (.i. ad οσχεον. i. scrotum,) possibilis est reductio  
cum resupinatione, & qualibet compressione cum manu,  
quod si addatur ruptura incipiatur in desiccando illud quod  
dilatatum est propter humiditatem, & adunando quod scis  
sum est, & ingenietur in consolidatione eius quod si fiat ino  
bediens ad redeundum sedeat æger in aqua calida & empla  
stretur ruptura donec redeat, deinde constringatur &c. De  
cura sarcocoles lege Galen. 14. meth. cap. 17. nam cum scir  
rhis eum enumerat.

Obferuationes circa regimen.

Auic. 22. cap. 4. Regimen uniuersaliter habentibus ruptu  
ram est, dimittere repletionem & motum plurimum & sal  
tus & incestum subitum & coitum, Item dimittere cibos  
inflatiuos & non multum uti potu aque & dimittere om  
nes res mollificantes &c. B. considera quod cuiq; ramicis spe  
ciei uictus ratio sit in contrarium exhibenda.

## Conferentia enterocelis &amp; hydrocellis.

Conferunt enterocelis & hydrocellis barba hirci, bdelliū adeps canis cum alumine scisso, cupressi folia & nuces, gluten, de corijs, muscus herba, plantago, psyllium, semen lini cū resina & myrrha, pentaphilon ruta siluestris symphitū, betonica, tritici palea, filix herba cum asungia, lenticula in modū emplastri, peucedanum, cerotum de pelle arietina, lege de his in consilijs montagnanae. item Gord. Saumon. & Arcul.

## De pronosticis ramicum.

Auic. 22 cap. 2. Et scias q. ramex intestinorū & zirbi est aegritudo multum difficilis quātumuis sit parua, et ramex aqua est aegritudo facilis & si sit magna, ramex uero ramicosus ac carnosus difficulter aut nunquam sanatur, & tandē omnes ramices inueterati ac lōgo tempore facti, suspecti sunt ne testes corrumpāt. Aet. ser. 14. c. 24. ceterū nosse expedit intestinorū herniam qualiscunq; fuerit semper aquosa deterior, Gord. & qui pertransit septem dies tunc labia fiunt dura & obturata quorum unio uidetur impossibilis, & c.

## De gonorrhœa.

Quod seminis profluuium latine dicitur græce γονορροια ἀπὸ τῆς γωνίης quod est genitale semen & πρὶν quod est fluitare appellata est, quæ nil aliud est quam inuita ac præter uoluntatem & pudendi tensionem, seminis excretio, sunt tamē qui differentiam inter semen & genituram esse dicant, ut semen tantum in his esse uelint qui generare adhuc non possunt econtra uero genituram.

## Loci consentientes de gonorrhœa.

Gal. 6. de loc. aff. cap. 5. Gonorrhœa est inuita ac præter uoluntatem seminis excretio. Et Paulo post significantius dices esse assiduam seminis excretionē haudquaquam cole extēso Aet. ser. 11. cap. 33. Gonorrhœa est seminis excretio præter uo-

luntatem ac pudendi regimen. De causis gonorrhææ.

Cause sunt uel spermatis copia uel eius tenuitas & acrimonia, uel multitudo eorum quæ generant sperma, uel erunt imbecillitas retentricis, aut facultatis expulsoiæ fortitudo in seminarijs uasis, uel Gonorrhæa ex conuulsione contingere potest, aut ex renibus ob eorum adipis liquefactionem, quæ fieri potest a nimio coitus desiderio, aut a multitudine coitus aut eius cogitatione.

Loci consentientes de causis gonorrhææ.

Gal. 6. de simp. cau. cap. 4. Gonorrhæa si pudendo non intento euenerit retentricis facultatis in seminarijs uasis imbecillitatem sequitur, si uero intento cole acciderit conuulsioni quoddammodo similis erit affectus & c. Vide Gale. 6. de loc. aff. cap. 5. ibi. Nam sicut retentio & c. Vide etiam Aet. 11. c. 33. ibi fit Gonorrhæa ex uasorum seminalium fluxione & c. Vide etiam Auic. 20. ca. 30. ibi causa aut est in spermate aut in uasis seminalibus aut in renibus & lacertis aut in principijs ex spermate uel ob eius copiam, & tenuitatem, & c.

De signis gonorrhææ.

Signa quando fit ex multitudine seminis sunt, quia ad copiam coitus nulla corporis imbecillitas siue diminutio sequitur, signa tenuitatis seminis sunt manifesta inspicienti spermata. Signa mordacitatis seminis sunt, quia in exitu dolor percipitur, adest ardor urinae & color eius ad flauitiam deliuis est. Signa imbecillitatis retentricis, sunt quia sine erectione uirgæ semen egreditur, si a conuulsione hoc malum proueniat aderit erectio & c.

Loci consentientes de signis gonorrhææ.

Auic. 20. c. 31. illa in qua causa est spermatis multitudo, nõ sequitur debilitas et diminutio cū multitudine coitus etc. Et illi q̄ fit a tenuitate eius cognoscitur cū turmis spermatis p̄ntia.

Et illa quæ sit propter acuitatem & mordicationem eius sentitur ipsa in egressione & c. lege Aet. ser. 11. cap. 33. & Ga. 6. de loc. aff. cap. 5. & c.

### De cura gonorrhæ.

Similis erit huic cura qualis in omni fluxu parari solet, primo cum paucis cibo & potu & si a lesa retentrice gonorrhæa oriatur cataplasmatibus in fessioibus adstringentibus utendum ex lentisco rubo Myrto, acatia, hypocisthide paratis, Si fiat a multitudine seminis, euacuetur primum, deinde sperma exiccetur, Exiccant sperma rad. nenupharis. 5. lactuce portulacæ rutæ Agni. i. casti, folia salicis ciminum, calamentum, Myrrha, euphorbium, item diacimum etc. Si fiat a tenuitate spermatis temperetur cum stypticis calefacientibus exiccando & crassitiem inducendo, Si a facultate expulso-ria, tunc utendum est frigidis, et pariter stupefacientibus etc.

### Loci consentientes de cura gonorrhæ.

Auc. loc. cit. cap. 32. Minoretur cibus, fiat euacuatio, & administrentur ea quæ exiccant sperma & minorat ipsum, Equatio tenuitatis eius est cum eis quibus inest stypticitas & calefactio cum exiccantiis permixta & c. Vide illum fusius Aet. ser. 12. cap. 33. primum in quiete & paucis cibo, & aquæ potu affectos adseruare oportet, cibi non facile corrumpantur nec difficulter permulentur, & resiccandi uim habeant, & c. B. q. sint in quiete intelligendus est Aetius in primo morbi tempore, nam post hoc exercitijs ægros esse committit edocuit Paul. quibus totum corpus & affectæ partes firmentur.

### Observationes circa curam.

Cauendum est primum ne quum crassitiem tenuitatis generaturæ inducere queras, aliquid in medicamentorum compositione addatur, quod generaturam adaugeat & c.

### Conferentia gonorrhææ.

Conferunt gonorrhœæ agnus. i. castus, aqua frigida calamentum, camphora. Lic capræ cum melle potatum, castoreû cum succo agni casti, corium, hematites lapis, eructa, lactuca semen, nymphaea, portulaca, plumbi lamina fructa, ireos diaprasium Nicolai electuarium Sauro.

## De pronosticis gonorrhœæ.

Aet. ser. xi. cap. 33 non solum autem uiris sed & mulierculis hoc malum accidit, & in foeminis ægre tollitur, &c.

## De priapismo.

Priapismus est genitalis membri tentigo in longum & latum citra ueneris appetentiam aucta, et denominatur a priapo qui talem membrum habuisse suapte natura finxerunt homines sunt qui hanc affectionem satyriasmum nominant a satyro etiam priapo dictam, sed quum Paul. distincta capita de satyriasi & priapismo habeat, describaturq; ab ipso ἡ σάτυρος πριαπὸς ἐστὶ πᾶσι τοῦ αἰσχροῦ &c. fecit ut rem a priapismo distinctam aliquantulum esse dubitarem ob eorum causam, de qua infra fusius dicitur.

## Loci consentientes de priapismo.

Gal. 6. de loc. aff. cap. 5. Priapismus est quum coles & in longitudine & circulo totus augetur, nullo stimulante ad libidinem desiderio, aut acquisito calore ut quibusdam accidit qui supini decumbunt, lege similè descriptionem iuxta Gale. 9. de compos. med. per loc. cap. 9. ibi, priapismus est auctio pudendi, &c. cat.

## De causis priapismi.

Causæ huius affectus sunt tres prima Arteriarum ora immodice patientia secunda uaporosus spiritus in fistuloso neruo ortus tertia est rei ueneris abstinentia, Ora arteriarum patent uel ob humorum uitia, uel ob flatuosum spiritum sine ordine & uiolenter euacuatum flatuosus uero spiritus fit ab



humore uiscofo crasso; cum caloris paucitate, Abſtinentia rei uenereæ accidit ob ſeminis retenti multitudinem & c. Satyriasis de qua ſuperius mentionem fecimus eſt aſidua coilis palpitatio quæ uasorum ſeminis inſlāmatione interdum cum intenſione accidere ſolet. quæ ſi tantum a flatuſo ſpiritu fiat nullo modo a priapiſmo differre poteſt.

#### Loci conſentientes de cauſis priapiſmi.

Gal. 6. de loc. aff. cap. ult. fit priapiſmus uel ob arteriarum ora immodice patientia & c. lege etiam Gal. in li de Tumo. præter naturam cap. 15. ibi pudendorum tenſiones præter naturam quæ non deſiſunt quidam σατυριαſμου quidã πριαπιſμου nuncuparunt. uide horum differentiam poſtea. 6. de loc. aff. cap. ult. Vide etiam cauſas flatuſi ſpiritus. 14. meth. c. 7. Item. 6. de ſimpt. cau. cap. 2. De Satyriafi uide Paul. de prima palpitatione loquutum, De ſecunda fecit mentionem Aet. una cum priapiſmo, Auic. 20. cap. 37. cauſa propinqua tenſionis eſt multitudo uetostatit cræſſe in partibus membrorum coitus aut materiæ uentofæ in ipſo neruo cõcauo aut ſuperueniens eis ex arterijs aut uasit ſpermatis.

#### De indiçiis priapiſmi.

Indicia per ſe ſunt manifeſta ex definitione data, & ex infirmi relatione lege tamen Gal. 14. meth. cap. 5. In ijs qui ſic ſunt affecti etiam inuitit pudendum arrigitur quod ubi uiderit quiſpiam ſtatim intelliget eſſe ex Inſlammationum genere, & c.

#### De cura priapiſmi.

Si cauſa fuerit materia ſtatum efficiens tunc tres medendi intentiones inſurgunt prima regimen uictus, ſecunda eſt euacuatio. 3. manæ diſcuſſio & reſolutio, Regimen ſit attenuas abſque manifeſta caliditate, Euacuatio fiet uel per ſanguinis miſionem uel per purgationem, tum per uomitum, tum per ea quæ per inferiora ſoluunt, Reſiduum materiæ diſcutitur

per

frictiones crebras per exercitium & balnea ex aquis digerentibus, & per ea quæ unico uerbo calefaciunt & exiccant, sed interim per initia si calidior materia fuerit ea imponenda quæ caloris proportioni respondeant, ut cum cerato rosaceo, infrigidante Galeni, cum lamina plumbi, &c. Digesta materia tunc ad dissoluentia accedendum sine calefactione uehementi sicut cum camomilla agno. i. casto &c.

#### Loci consentientes de cura priapismi.

Aet. ser. 2. ca. 32. loquens de regimine inquit hac affectio-  
ne prehensos in edia usq; ad tres dies adseruare cõuenit, uten-  
dumq; esse cibis qui leniter attenuare ualeant citra manifesta  
caliditatem, &c. Itidem ait Gale. 14. meth. Et cap. 8. & 9. de  
compos. med. per loc. cap. 9. ibi palam est non oportere mem-  
bra ipsa calefacere sed refrigerare leniter per ceratum rosa-  
ceum &c. Lege etiam fusius in meth. cap. 8. ibi principiu eu-  
rationis commune est ut totum corpus ea quam ferre potest  
euacuatione euacuetur, euacuatio fiet per remissionem sangui-  
nis &c. lege eum fusius & plura à me recitata intelliges etc.

#### Observationes in cura .

Aet. ser. 2. cap. 32. ait cauenda esse quæcunq; urinam citare  
possunt, & omnia quæ uenerem prouocare ualeant. Auicen.  
fen. 20. cap. 39. Dimittat coitum omnino & cogitationem in-  
eo, & considerationem ad id quod mouet desiderium nisi ac-  
ciderit priapismus propter emissionem coitus, Nam tunc coi-  
tus est curatio, &c.

#### Prohibitia satyriasm & Venerem .

Prohibent satyriasm et uenerem, ut ex, alleum, berbena,  
camphora, cicuta, cataplasmata, coriandrum, eruca, ruta, la-  
tuca, menta, fimus muris et nymphae salicis folia, portula-  
ca, rosa, plumbum, stannum, nepita, faba, & diabolianu nic.

#### De pronosticis priapismi .

M M

Act. ser. 2. cap. 32. Caterum dolores eis contingunt quales tetanici habent & hi qui reliquis membris distendant. & ex precipiti hoc modo affecti pereunt nisi confestim eis auxilium feratur. quum uero moriuntur uentre insistantur & frigidum exudant & c. Auic. loc. cit. c. 37. Et hoc accidens quando non curatur peruenit ad tenanum uasorum spermatis & accidit apostema calidum cum eo, & interficit, & c.

Authores dissentientes circa Venerea.

1. Adserere, desiderium coitus esse tantum ex crebro ob uirtutem imaginatiuam.
2. Adserere, gonorrhoeam esse passionem propriam pudendi & expultricis facultatis.
3. Adserere, coitum nec per se nec per accidens ualere in ægritudinibus cerebri pituitosis.
4. Adserere, satyriasmum esse morbū ridiculosum potius quam curandum.

Confutatio dissentientium circa Venerea.

Ad primum respondetur q̄ duplex est desiderium, alterū. s. animale quod inconcupiscentia inuenitur, alterum naturale ex repletionem spermatis quam euacuare tentat natura, primū ac quædam concupiscentia a corde oritur, licet per cerebrū postea perficiatur secundū prouenit a iecore, unde Auic. & desiderium coitus est ab hepate & c. igitur non tantum ex crebro. sed ex alijs etiam membris principalibus. Ad 2. dicitur q̄ iuxta Galeni placitum gonorrhœa sit passio per se retentorie facultatis & propria uasorum seminalium, sed per accidens expulsoria & secundum apparentiam ipsius pudendi, & hoc affirmant & Auic. & Sera. Nō erit igitur proprius expultricis nec pudendi affectus, sed per accidens. Ad 3. inq̄t Auic. coitum maxime prestare ad euacuationē & diuersionem superfluitatum, unde in ilisci morbo, præsertim iuuat

quoniam causam egritudinis, quæ fit ob amorem, remouet  
 & paratos cadere in egritudines phlegmaticas ex eius mul-  
 titudine liberat si moderatus precipue fuerit &c. Ad. 4. Au-  
 per ducit hominē ad spasimum et tetanū uasorū spermatis &  
 interficit unde morbus hic ualde timendus est & nō ridēdus  
 ut aliqui adferūt. etc. De suppressione menstruorum.

Menses sunt mulierum profluvia a uitato humore deper-  
 dentia, eoq; dicti sunt quod singulo mense accidunt tempus du-  
 rationis menstruorum multis mulieribus est a primo usq; ad  
 3. diem, nō paucis a primo usq; ad 5. alijs ad septimū & raro  
 ad 12. accedit profluēdo, Incipitq; fluere a 14. anno. paucis an-  
 te 13. aut. 12. nec ultra quinquagesimū fieri solet, imo a trigin-  
 ta quinq; annis præsertim obæsis mulieribus solet cessare etc.

Loqi contentientes de suppressione menstruorum.

Gal. 6. de sympt. causis. c. 4. Menses sunt deprauatæ per ute-  
 rum fluxiones quæ expurgato per hanc partem uniuerso cor-  
 pore fiunt. Paul. lib. 3. c. 60. Mulierū plurimis menses quator-  
 decimo anno fluere incipiunt, paucis ante 13. aut 12. plerique  
 post. 14. erumpunt. Hal. y. abb. 9. de pass. matri latitudinem in-  
 ceptionis menstruorum esse inquit a 4. anno cōpleto usq; ad  
 14. Et latitudinem desinentiæ a 36. usq; ad 50. & hoc idē af-  
 firmant Auic. & Arist. 9. de animalibus & hoc intelligitur  
 de uniuersali durationis tempore, Particulare uero incipit a  
 duobus diebus & se extendit usq; ad septem, Guai 5. aph. tem-  
 pus menstruationis durat a 3. die usq; ad 8. q; si ultra citraq;  
 fluxerit, talem fluxum præter naturam dicimus &c.

De causis suppressionis menstruorum.

Menstrua supprimuntur uel per se affecto utero uel p cōsen-  
 sum. Per se efficitur uterus uel ex duritie cōtracta uel ex uena-  
 rum angustia uel ratione facultatis expulsoriæ quæ ob ma-  
 lam intemperiem oriri solet. Supprimuntur rursus obstructis

uasīs quæ ad uterum descendunt & hoc uel ratione caloris desiccantis uel ob copiam humorū crassorum uel ob abscessum uel carnem additam. Siftuntur etiam menses si ad alia loca sanguis transferatur, uel ob uaria excretionū genera, etc. Per consensum etiam supprimuntur, uel ratione hepatis sanguinem nō discernentis uel ratione obstructionis totius corporis uel aliorum membrorum particularium, &c.

Loci consentientes de causis suppressionis  
menstruorum.

Gal. 6. de sympt. cau. cap. 4. suppressionis causa menstruorum uel est durities uteri, quæ uel illico ab origine contrahitur uel post generationem et hoc ratione uteri affecti, qui ex uenarum angustia aut ex uasorum uteri compressione, quum immodice corpus crassescit, aut ex intemperie uteri procedi. Detinentur etiam menses ob materiam ipsam, quæ crassum fuerit uel uiscosum quod euacuatur. Supprimuntur rursum obstructis ob huiusmodi humores, uasīs, quæ ad uterum descendunt uel ratione uniuersi corporis &c. lege tu fufus. Aet. ser. 16. cap. 51. Siftuntur menses quibus sanguis crassus est & uiscosus, & quibus ad alia loca transfertur uelut per nares & sedem, Quin & sanguinem ex thorace reieciantibus, uel quibus per uenæ sectionem multus extrahitur &c. Lege de his cau. is Galen. aphor. 5. comment. 57. Item Auicen. fen. 21. c. 25. ibi. Menstrua retinentur aut propter causam propriam, aut communem, &c.

De signis suppressionis menstruorum.

Suppressio menstruorum quæ sit à frigore cognoscitur grauitate, somno, coloris albedine, pulsus raritate, copia urine & excretionē pituitosa, quæ uero sit a caliditate demonstratur ex inflatione ac exiccatione uteri uel ex his quæ uterum radunt ac mordent, quæ uero sit a siccitate manifestatur ex

his quæ præterierunt, præsertim ex extenuatione corporis et uenarum tenuitate, quæ autem fit ab abscessibus uel carne addita per obstetricem cum signis abscessuum cognoscitur. Similiter quæ fit a duritie uel a conceptione per obstetricem uteri ceruicem tangentem, cognoscetur &c.

### Loci consentientes de signis suppressionis menstruorum.

De signis lege Auic. 21. cap. 27. *Uirus quæ pendet a frigore, signum est grauitas somni & profundatio in ipso & albedo coloris, uiriditas uenarum, & raritas pulsus & multitudo urina & phlegmatica ægestio, & reliqua lege eum uberius.* Gal. 6. de loc. aff. cap. de uteri aff. citat aph. 39. lib. 5. ibi, si mulier quæ neq. grauida neq. peperit lac habet mēstrua huic defecerunt & ibi alia indicia suppressionis ponit, nam inquit grauitas totam corpus molestat, Item fastidium ut nullo adsit cibi cupiditas, horror inæqualis, quod si inæqualitas sine horrore euenerit, alienaq. cupiat iube q. obstetrix uteri ceruicem tangat, nam dictum est ab Hip. apho. 5. aph. 34. Quibus os uteri durum est, his uteri os comprimi est necessarium, quod si citra duritiem clausum sit eam prægnantē esse coniecties, quod si clausum sit cum duritie affectum esse uterū pro tendit &c. lege tu fusius, lege etiam Aet. serm. 16. cap. 54. ibi suppressuntur ex frigidiore temperatura etc. Quod per excrementa corporis signa habere possimus elice ex Gale. 6. de sympt. cau. cap. 4. ibi talem semper refert speciem id quod excernitur, quale est id quod inanimante redundat, &c.

### De cura suppressionis menstruorum.

Cura retentionis menstruorum duobus scopis indiget primum in remouenda causa alterum in prouocandis mēstruis. Si causa igitur fuerit uehementissimus calor mēstrua cohibens, tunc prouocare ea non licet quum sat sit ab hoc calore

superfluitates absorbi. Si uero in causa fuerint longæ egritudines præcedentes cum imbecillitate uirium, tunc nec prouocanda sunt, quum corpus potius reficientibus quam euacuantibus indigeat. Si uero causa fuerit materia pituitosa tunc in medendo opus est materiam a qua menstrua corrumpuntur, & a suo naturali ordine mutantur, præparare, & præparatam euacuare. præparatur crassa attenuando & obstruenda aperiendo cum oxymelle sy. bisantino de duabus rad. cum aquis feniculi apij cuscute. Euacuatur cum his quæ humorem superfluum educunt ut cum agarico, electuario indo, diaphnicono & c. & si qua mala fuerit intemperies relicta tunc his remoueri debet quæ stomachum & hepar roborant quales sunt multe confectiones & c. Quod si menses retineantur ab aliquo abscessu curatur cura apostematum ut pluries dictum est. Si causa fuerit pinguedo tunc adhibitis resoluentibus curabitur cum exercitijs et ieiunijs & c. Si causa fuerit aliquod ulcus tunc cura erit impossibilis, & si quid curæ fuerit, tunc per regimen & frequentem uenæ sectionem fiet, ut sanguis per tenuem uisum & sanguinis missionem, qui fluere per intestina consueuerat, discutatur ac euacuetur. Prouocant deinceps menstrua decoctum quinq; rad. cum sabina, pulegio, calamentum, mentajstro, origano cum sy. de duabus, uel quinq; rad. prouocant ualenter troc. de Razes, casia lignea, crocus, cinamomum, borax aurificum, item balnea frictions & cucurbitule poplitibus ac coxarum parti domestice applicitis, item saphenæ uenæ incisio & pessaria ex mercuriali & methanthio cum musco in rara syndone & c.

Loci consentientes de cura suppressionis menstr.

De cura lege Aet. ser. 16 cap. 53. ibi, Quæ ob nimiam caliditatem non purgatur quam maxime humedare oportet cum balneis & uberiore ac humidioribus cibo & potu, quæ ob nimiam

miam frigiditatem oppositam curationem exposcunt, & c.

Gal. aph. 5. com. 36. Intentio sanationis est primum ora uerum adaperire quæ ad uterum pertingunt sanguinemq; extenuare deinde purgationem adhibere, nam quando crassi euacuantur humores tales sanantur dispositiones etc. De prouocandis menstruis lege aph. 28. lib. 5. ibi suffitus aromatum muliebria ducit, sepius uero & ad alia utilis esset nisi capitis facerent prauitatem & c. B. Veritatem non continet apho. in omni menstruorum suppressione, nam si detinentur menstrua ob uteri inflammationem, aut tensionem, aut ob alias similes causas nihil suffitus aromatum prodesset, sed si sistuntur ratione sanguinis crassi uel obstructionis uasorum aut substantie densitatis uerum est quod per aromatum suffitus menses euocantur, quum crassa extenuat obstructa incidendo referat, & obserata aperit, quæ uero sint aromata docet Gale. esse a momum castam costum cinnamomum & c. Vide Auic. 21. tr. 3. cap. 28. Vide etiam Arcul. & Marc. Cat.

#### Prouocantia menstrua.

Prouocant menstrua absinthium, acorus, agaricus, agnus, castus alleum, aloes, amara cum, amygdale amare, abrotanum, artemisia, assa, ciclamen, calamentum, chamedrys, chamepithys camomilla, cantarides, castoreum, centaurium, cinnamomum, cypressus, cyperus, cucumer agrestis, daucus, helenium, eupatorium, fescoli rub. lens syluestris, galbanum, ammoniacum, iris lupini, maiorana, cuscute laurus, laudanum, marubium, melissa, mentastrum, matricaria, mercurialis, myrrha nasturtium, ouum anatis, origanum, ozimum, papauer rub. pastinaca, peonia, peucedanum, pulegium, raphanus, rosmarinus, rubea tinctorum, ruta, sambucus, saluia, saturgia, sauina serpillum, sinapis, scamonium, scilla, spica, urtica, usnea. Composita sunt diacalameum



diatrionpipereon, diaprasium troc. de myrrha theriaca magna, triphera magna, pillule foetide de serapino.

De pronosticis suppressionis menstruorum.

Aet. ser. 16. cap. 52. Suppresis menstruis sanguinis reiecta tionis ac syderationis periculum imminet &c. Lege nonnulla etiam iuxta Gal. 6. de loc aff. cap. 4. quae intelligi tam possunt de menstruis quam de retento semine.

Auic. 21. tract. 3. cap. 26. Suppresis mensibus ei cui uirtus ad excernendum est potens assimilatur uiris, & multiplici cantur capilli, & nascitur ei ueluti barba, Quare frangitur forma eius & increta satur, deinde moritur & interdum prouenit ante mortem ad dispositionem, cum qua non est possibile ut prouocentur menstrua.

Hip. aph. 5. aph. 34. Menstruis deficientibus sanguis ex naribus fluens, bonum. Et aph. 57. eiusdem, si menstrua plura fiant accidunt morbi, & si non fiant ex utero morbi contingunt. B. quasi dixerit si menstrua detinentur necesse est pro cessu temporis ipsum uterum pati, lege Gal. in com. Et aph. 5. aph. 61. Si mulieri cessent purgationes, neque febris neque rigor superueniat & fastidia accidunt, iudica ipsam in utero herere.

De mensium profluuio & eius causis.

Duplicem hic affectus habet causam, uel ab utero unde emanat, uel ab ipso humore fluente, prima fit aut ab uteri imbecillitate, aut ab eius uenarum apertione, aut a quopiam ulcere corrode, uel scissura. 2. bisariam fieri contingit, uel ab ipsius sanguinis quantitate uel qualitate, quantitate uel causa repletionis nimium corpus aggrauantis, unde fit euacuatio quae uel naturalis uel non naturalis erit, Naturalis quia naturalis ita fiat ut superfluum tantummodo expellatur, non naturalis quum ob suam multitudinem, & dominium immodice profluat, qualitate, uel causa caliditatis sanguinis, uel

tenuitatis, interdum etiam superfluunt menstrua causa abortiui foetus uel ob partus grandiores, &c.

Loci consentientes de caulis profluuij menstruorū.

Gal. aphor. 5. comm. 57. fit inmodica menstruorum euacuatio, si ora uasorum quæ ad uterum pertingunt ultra modum aperiatur, aut si sanguis uel calidior uel tenuior fiat, aut sua multitudine modum nature conuenientem excedat, aut totum corpus aggrauet &c. Lege etiam Auic. 2. tract. 3. cap. 2. ibi superfluitates quandoque fiunt secundum semitam egritudinis, aut propter dispositionem in matrice, aut propter eius debilitatem, aut malitiam complexionis, aut propter ulcera, & corrosiua, &c. Lege etiam Paul. lib. 3. ibi fit etiā ob partus grandiores & crebro ob abortiui foetus causam &c.

De signis profluuij menstruorum.

Signa mensruui ab imbecillitate uteri, aut ab apertione uenarum prouenientis erunt, si sanguis exierit purus nullū dolorem inferens, si uero ab ulcere profluat tunc paulatim & maximo cum dolore prodeat, Considerentur tamen & quantitas ipsius fluentis sanguinis, & modus delationis, nam amplioribus uasis ruptis magna sanguinis copia statim profluit minoribus uero non itidem, signa ex quantitate sanguinis nimium corpus replentis sunt signa repletionis ut uenarum latitudo exuberans, faciei & corporis repletio, quæ interdum cum dolore est. Signa quando fit a mala qualitate sunt caliditas, tenuitas, acrimonia, & color prauus. Signa immoderate euacuationis sunt color fædus pedes tumescunt, concoctio uitiatur, & prosternitur corporis robur &c.

Loci consentientes de signis profluuii menstruorū.

Auic. 2. tract. 3. cap. 3. factam a debilitate matricis & apertione uenarum significat exitus sanguinis puri nō dolorem faciens etc. lege eum fusius. Gal. 6. de loc. aff. cap. 4. quum im-

immodice euacuantur, sequitur color fœdus, pedes molli-  
more attolluntur, corporis robur prostermitur, ciborum tum  
concoctio tum cupiditas uitiat, atq; in totum omnia quot-  
quot immoderatam sanguinis euacuationem siue ex hemor-  
rhoide siue alio quopiam sanguinis fluore euenientem sequi  
consueuerunt, accidentia huiuscemodi fœminas infestant,  
& c. lege Arcul. & Aet.

#### De cura profluuij mēstruorum.

In superfluo mensium fluxu binæ requiruntur intentiones  
quarum altera in remouenda fluxus causa consistit, altera in  
retinendo fluxum uerum in praxi ultimum quod est in inten-  
tione primum esse debet in executione Si igitur causa multi-  
tudinis sanguinis menstrua superfuxerint, tunc sectione uenæ  
& uisui tenui qui sanguinem non adaugeat succurrendum.  
Si uero contentis ac calidi sanguinis fluxus accidat, tunc san-  
guis cum syr. ros. de granatis de suc. acet. cum aquis acetose  
portulacæ plantaginis alteretur, & si quid bilis secū admix-  
tum sit euacuetur cum myrobalanis casta & rheub. Deinde  
sanguinis dyscrasia cum diarhodone triasandalis, uel cum epi-  
themate ex aqua ros. plantaginis & unctonibus frigidis re-  
moueat. Si uasorum apertio in causa sit per obturationem  
& ruptura per conglutinationem, et erosio per renutritio-  
nem curabuntur. Si causa fuerit uteri imbecillitas per aroma-  
ta styptica quæ sua proprietate roborant, curabitur, si causa  
fuerit ulcus tunc opus sunt duæ intentiones absterfio. s. & cō-  
glutinatio & c. Et hæc de prima intentione. 2. intentio est san-  
guinis cohibitio quæ duobus medijs perfici potest, primo di-  
uersione ut sanguinem ad alias partes reuocemus. 2. cohibi-  
tione restringendo et uiam interceptando per quam sanguis  
debet fluere, diuersio igitur fiet per sectionem uenæ hepaticæ  
uel basilicæ aut per impositionem cucurbitularū sub manis

ante cibum, uel sub brachijs cum uehementi frictione, Interce-  
ptio uiarum per quas sanguis fluit tum intrinsece tum extrin-  
sece fieri potest, intrinsece cum sy. frigidis stypticis, qualis est  
sy. ros. mirtinus de portulaca cū aquis plantaginis. solatri, a-  
ceto se, quibus adijci possunt troc. de charabe de terra sigilla-  
ta, de spodio cū semine acetose, Itē puluis corall. rub. lapidis  
hematitidis, el. de scoria ferri, et triphera ex arte phenoniset c.  
Valēt et in hoc casu nascalia ex coto in suc. plēg immerso cū  
bolo armenio sāguine draconis etc. Itē balnea et i untiōnes ex  
rebus stypticis ut ex rosis cort. granatorū gallis, balustijs, aca-  
tia, hypocysside etc. Quae oīa quū nihil pfece-  
rint ad narcoti-  
ca, cōsiderata primū uirtutē, refuziendum, qualis est athana-  
sia nic. & phylonium. Loci consentientes de cura.

De cura lege Auic. 2. tr. 3. ca. 4. ibi facta a multitudine ag-  
grauate corpus & c. si fiat a bile euacuetur cū myrobalanis in  
quibus est uirtus styptica, si ab uteri imbecillitate dentur ar-  
mata etc. Gal. 7. de cōpos. med. p loc. ca. 4. osculi uasorū aper-  
tio per obturatiōē & ruptura per conglutinatiōē & ero-  
sio per remittitiōem curatur & c. Et meth. 5. cap. 4. et 5. exi-  
stimanda est profusionis quantitatis, nā si per ruptū uas aliqd  
magnum est aut uehemēter reclusum hiat, utiq; adstringētibus  
medicinis opus est, ueluti balastio hypocysside Rhoe om-  
phacio, acatia, gallis immaturis, & malicorio, sin uel exi-  
guum uas est per ruptum & non multus profluit sanguis tūc  
aloe & manna & pini cortex & lemmium sigillum lapis he-  
matites & alia similia ex austero uino nigro uilia medica-  
menta, uide etiam de cucurbitulis ad mamillas applicandis  
meth. 13. cap. 19. ibi, sic nanque ad mamillas cucurbitulas im-  
ponimus, quum sanguis ex utero profluit. Itidem meth. 5.  
cap. 3. Hip. aph. 5. aphor. 50. mulieri si uis menstrua cohibere  
cucurbitulam quāmaximam ad mamās appone & cete.

De regimine uictus. lege Aet. ser. 16. c. 64. ibi imperandū est unius aut alterius diei ieiunium & c. lege etiam Auic. fen. 21. cap. 4. ibi cibetur ipse cum eis quæ sunt uitelli ouorum & c.

Silentia ac suppressoria menstrua.

Sistunt ac supprimunt menstrua acatia, acetosa, alumen, aizoos, aqua aluminosa, balaustia, barbalyrci, bolus armenius, blastebifantia, suffumigium castanearum cortices, cauda equina, cornu cerui ustanti, cicuta, citronia, coagulata, consolda, coralli, coriandrū, lapis hematites, hepatica, uinum extinctionis ferri, fimus capræ, galle immatura, gypsum, gummiarab, glandes granatorum cort. et flores, hyosciamus, charabe, lapis iaspis, lentes lentiscus, lycium, semen mādragoræ, margaritæ, mastix menta, millefolium, myrrha, nirtus, frondes mori, mumia nymphaea, olibanum, oliua, polygoniū, portulaca, cortices interiores quercus, & ulmi, rosa, rubri, sanguis draconis, siliqua ægyptiæ comestæ, solatrum, sumach scoria ferri, uernix, spodium, spicacinda, uirga pastoris flores uitis agrestis, hypocythidis succus, prunioli acerbi & agrestis. Comp. sunt conf. alchechengi Auic. 1. 5. confectio scoriae. Auic. 3. 5. diaolibanum Nic. phylonium persicum Mes. syr. de mirto, de portulaca, Theodoricon magnum, triphera minor fenonis mes. Troc. de terra sigillata de charabæ, de spodio, michileta, athanasia haly. 6. ant. & c.

De pronosticis suppressionis menstruorum.

Hip. aph. 5. aph. 56. In fluxu muliebri si conuulso & animi defectus aduenerit malum. B. Nam ad omnem immodicam euacuationem, tanquam casus communis animi defectus accidere solet, unde Gal. meth. 5. cap. 5. profluere prohibetur ob animi deliquium, quod sæpius accidere solet & c. Et aphor. 5. aph. 57. Si menstrua plura fiant accidunt morbi, & si non fiant ex utero morbi contingunt, Auic. 21. cap. 2. Et illud est

deterius, quod ex complexionis malitia oritur. Et quum su-  
perfluit sanguinis fluxus sequitur debilitas appetitus & di-  
gestionis, aut extremitatum inflatio et coloris malitia et in-  
terdum perducit ad hydropem, &c.

De doloribus iuncturarum, siue articulari  
morbo, & podagra.

Dolor iuncturarum est tristis sensatio earum a mala in-  
temperie, uel a soluta continuitate eis accidente proueniens,  
cuius species sunt arthritis, podagra, Ischias, gonagra & chi-  
ragra. Morbus igitur articularis quem greci αρθριτιν uo-  
cant est defluxus humorum ad artus siue iuncturas pedum ac  
manuum cum dolore & tumore. Podagra est pedum affectio  
ab humore calido uel frigido dolorem inferens etiam ner-  
uis patientibus. Ischias est coxarum dolor diuturnus ac diffi-  
cilis a materia fluente ad uertebras scie, & ligamenta usque  
ad poplites & suras, Gonagra est Inflammatio genuum cum  
intenso dolore. Chiragra est manuum dolor a materia in ner-  
uis & tendonibus manuum contenta.

Loci consentientes de dolo, &c.

Gal. lib. fin. med. Arthritis morbus est inflammatio articu-  
lis accidens, quæ magnum dolorem neruis patientibus ad-  
fert. Et aph. 6. comm. 49. Podagra est inflammatio pedum a  
fluxione humorum causata, Paul. lib. 3. cap. 77. coxendix est  
dolor a natibus inguinibusq; ad genua usq;. In plurimis au-  
tem ad summum pedem pertingens, Auic. cap. de dolor iunc.  
sciatica est dolor, qui incipit a iunctura anchæ & descendit  
retro ad coxam, & quandoque extenditur usq; ad genu &  
ad calcaneum, &c.

De causis articularis morbi.

Causæ efficientes uel sunt extrinsecæ uel intrinsecæ. Ex-  
trinsecæ sunt casus percussio, propulsus, uel luxatio, labor

intempestiuus, potio frigida insueta, Nauseatiua satietas, ni-  
 mia repletio, & omne quod bonam digestionem impedit et  
 superfluitates multiplicat, Item consuetarum euacuationum  
 retentio, Item, Mæiores, curæ, & reliqua animi pathemata.  
 Cause intrinsecæ sunt uel ex parte membri suscipientis uel ex  
 parte fluentis materiæ. Causa instrumentalis est dilatatio mea-  
 tuum naturalium accidentalis, quæ fit uel propter membri im-  
 becillitatem aut propter eius malam intemperiem, Rursus  
 imbecillitas membri uel erit a sui origine uel propter calo-  
 ris uehementiam, aut propter motum uel dolores uel causas  
 extrinsecas, Causa materialis maiori ex parte erit pituita,  
 sæpe sanguis, raro bilis, rarissime omnium atrabilis & c.

Loci consentientes de causis Arti. morbi.

Paul. lib. 3. cap. 78. Cæterum hoc mali frequenter anteece-  
 dit improbus labor, uehemens ambulatio, equitatus creber,  
 usus ueneris intempestiuus, insueta frigide potio & c. lege  
 eum susus & plura inuenies, Lege etiam Aui. 22. cap. de dol-  
 iunturarum ibi & de causis eius sunt cibi generantes & c.  
 & paucitas digestionis quies et demissio exercitij coitus plu-  
 rimus frequentia ebrietatis & retentio euacuationum & c.  
 lege locum uberius, lege etiam Gal. 6. aph. com. 28. ubi causam  
 enumerat q. multi idcirco laborant quia patres & auos ha-  
 buere podagricos in quibus semen erat uitiatum atq; ideo na-  
 tis uehementiorem fecerunt partium imbecillitatem ubi etiã  
 inquit quòd necesse est pedes esse natura imbecilliores si quis  
 podagra corripit debeat & c.

De signis Articularis morbi.

Signa cærum extrinsecarum habentur ex relatione infirmi,  
 Signa intemperieri simplicis sunt q. dolor eius est sine gra-  
 uitate inflatione et coloris alteratione, Signa intemperiei cum  
 materia, sunt grauitas tumor, quorum absentia non super si-

gnificat mater i.e. priuationem, quum fieri possit ut materia in profundo delitecat, Item permutatio caloris loci & doloris materiam indicant flatuosam uel humoralem, Signa particularis camæ sumuntur a iuuantibus, & nocentibus, Item ex calore loci & ex pulsu & ab egredientibus & ex hora doloris & ex additione eius & repletione, Itē ex ætate consuetudine & ex regimine precedente, Signa sanguinis sunt quia rubeſcit locus nisi in profundo lateat, adest tensio, pulsatio grauitas, regimen sanguinem adaugens & dispositio corporis sanguinea, Signabiles sunt calor intensus, nulla grauitas, paucitas rubedinis dolor est superficialis, mordicans, urina rubea, pulsus uelox, temperies biliosa, regimen bilem generans. Signa pituitæ, color albus, liuidus, dolor grauians, remissus, tumor magnus cum mollitie non sentitur calor, urina alba, temperies pituitosa regimen pituitam generans & ætas senectutis, signa melancholiæ, sunt dolor remissus profundus, tumor paruus cum duritie, urina remissa, tenuis habitudo extenuata, regimen præcesit melancholium.

#### Loci consentientes de signis,]

Aui. 22. T. 3. c. de sig. dolorum iun. A. Cōplexio simplex fit parumper raro & fit in ea dolor sine grauedine absq; inflatione & non est alteratio coloris & c.

De signis humorum lege Paulus. lib. 3. c. 78. ubi deprehendi facite humorum, noxam inferentium discrimina posse, tū suis coloribus tumq; his quæ superueniunt & c. lege eū fusius etiam de particularibus causarum signis, lege etiam Razem in lib. de iuncturis & plura intelliges. & c.

#### De cura articularis morbi.

Pro cura articularis morbi sue pdagræ quatuor opus sūt intentiones prima erit auersio quæ fiet sanguine peccante citē



sectione uenæ per rectam diametrum, aut cum euacuatione minuendo materiam sicuti cum pillulis de hermodactilis minoribus, cum rheub. aut cum uomitu. 2. est humoris siue calidi, siue frigidi digestio, quæ stypticis frigidis in causa calida, ut cum syr. ros. de granatis cum aquis plantaginis acetosæ, &c. & in causa frigida cum rhodomelle, deinde cum syr. de stechade cum aquis betonicæ absinthij & saluæ perficitur. 3. intentio est præparati humoris omnimoda euacuatio, unde in causa calida conueniunt pillule de hermo. min. cū rheu. in frigida pillule de hermamai. &c. 4. est doloris prohibitio quæ fieri potest in causa calida, cum repercutientibus anodinis, qualis est castia cum oleo ross. dissoluta, uel cum aqua solatri & ros. uel cum medulla panis in lacte cum uitello oui, sed si fluxerit omnino materia, tunc anodina simpliciter conueniunt, sicuti camomilla anethum mellilotum fenugræcum &c. Vlt. cum his quæ resoluunt & emolliunt procedendum, sicut cum oleo camomille et stercore uacino aut cum balneo ex uino & rebus stypticis &c. Cibaria in causa calida sunt frigida & humida ut ptisana hordeacea cum zucharo cucurbita attriplies cucumeres & similia, uidentur dulcia acria & salsa, item carnes & uina, in causa frigida uictus sit tenuis & pro potu sit hydromel, Itidè curatur ac dixi ischias uerum quum in profundo materia lateat, repellentibus in principio non utimur, &c.

#### Loci consentientes de cura articularis morbi.

De prima intentione loquitur Auicenna. 22. cap. de cur. dolo. iunct. ibi, Cum autem causa in eis est cum materia tunc opus ut prohibeatur quod effundit per attractionem ad contrarium, & per minorationem &c. In causa sanguinea opus ut adniti stes phlebotomiam ex parte contraria, deinde administra uomitum &c. Paul. in quibus sanguineus humor redundat protinus

protinus sanguis mitti debet, qui tamen in pituitosis uel at-  
 traharijs non est detrahendus etc. Razes in lib. de iunct. in-  
 cipinus minuere ex latere opposito propter duo commoda  
 quorum unū est declinare materiam à suo loco, alterum est  
 retardare cursum materiae ad locum doloris, et in lib. diuis.  
 opus ut non prolongetur phlebotomia in sanguinea, sed fiat  
 cum incipit dolor & pulsatio & c. Vide de his etiam Haly-  
 abbatem. Arcul. Mar. Cat. & c. Gal. aph. 6. com. 28. Nō influet  
 humor si omnino uacans superfuitatibus corpus extiterit,  
 Erit enim uacans si mediocri utatur exercitio, & bene cibū  
 concoxerit unde & desidia & crapula eis nocent & c. Lege  
 de his cibis Razem loc. cit. ibi dieta sit frigida & humida si-  
 cut aqua hordei & cucurbita & cucumeres & c. Lege etiam  
 Alexan. ibi uidentur dulcia acuta unctiuosa salsa & c.

#### Observationes in euacuatione.

Marc. Cat. inquit q. in euacuando pituitam non debemus  
 tantum phlegmagogis uti, sed etiam cholagogis, quum pitui-  
 ta semper bili admixta sit, alioquin ex se non flueret. 2. quod  
 euacuantibus debemus styptica admiscere, quia constringen-  
 do uias prohibent materiae fluxum. 3. q. a principio cū uehe-  
 menti pharmaco non est euacuandum, quia tunc tenue egre-  
 deretur, & quod esset crassum remaneret & c.

#### Observationes circa digestionem.

Gera. super. 9. alm. digestium materiae frigidae debet esse  
 calidum stypticū dum materia fluit, sed in materia fluxa de-  
 bet esse subtiliatium & incisuum Marc. Cat. Digestiua non  
 debent esse ualde aperientia, nec quae neruis & iuncturis no-  
 ceant sicut oxymel.

#### Observationes circa repercussionem.

Gilbertus uti debemus repercussioni donec cesset dolor et  
 apostematis pulsatio et tunc cessabimus ab eis quoniam si ul-

terius usi fuerimus ingrossabitur materia & reddetur difficilis dissolutionis. Aui Repercussio non oportet ut fiat materia existente fortis effusionis plurimæ resumptionis, nam materiam inobedientem facit & dolor accidit magnus.

#### Observationes circa resolutentia.

Halyabb. in sua praxi, Nō oportet uti medicaminibus calescentibus & subriliantibus nisi post digestionem & corporis purgationem, quoniam si aliter fiat tunc humor adurit & indurescit & difficilis fit sanationis. Auic. Non oportet ut approximent resolutiua fortia in principio rei, ante euacuationem, quoniam faciunt euenire materias plurimas, deinde resoluūt subtile earum & inspissant residuum & retinent ipsum, & hoc in materia uiscosa & melancholica.

#### Observationes circa motum.

Alex. tract. Non superabundantem sequantur motū quoniam nocet, sed utantur eo paulatine absq; labore quoniam motus generat bilem rubeam & eam attrahit ad articulos, Razes in lib. de iunct. caueant ab ambulatione equitatione balneis retentione urine & egestionis.

#### Conferentia doloribus iuncturarum.

Conferunt doloribus iuncturarum resoluendo quædā ac liquefaciendo materiam condensatam ut crocus melilotum anisum, aloes, mastix, iris, stechas arab. Quædam crassitatem attenuando & ex profundo attrahendo, sicut carica mel lentiscus, abrotanum, apium, slyestre calamitum, aristologia, ruta, cum melle, iurtica, nasturiū, gumi ruta slyue iris, amoniacum, galbanum euphorbium resina terebenthina, castus, castoreum. Quædam attrahendo & uesticando ut cepæ alleum lac ficus anacardi, sapo, cortex nouum atramentum fermentum. Quædam urendo & ulcerando ut atramentum uitriolum staphisagria fermentū scilla, uernix pini, thapsia,

cantarides. Quædam penetrando in profundum ut aqua ui-  
te, oleum terebenthine, oleum philosophorum. Quædam le-  
niendo & mollificando, ut adeps anatis anseris uulpis leo-  
nis ursi, medulla crurium uituli, cerui asini, esopus mucilago  
sflini fenugræci althæe, oleum uulpinum costinum, liliorum  
de castoreo de sinapi, de nuce romana cum storace & assa.  
Quædam euacuando ut pillula foetidae aggregatiua de her-  
modactilis de serapino de oppoponaco mes. pillula artetica  
nic pillula magistrales confectio de thurbit & c.

## De pronosticis articularis morbi.

Hip. aph. 2. aph. 46. duobus doloribus simul eundem locum  
infectantibus uehementior alterum obscurat. Et aph. 4. apho.  
20. Non febricitantibus si tormina acciderint & genui gra-  
uitas & lumborum dolor, purgari inferius oportere signifi-  
catur. Et aph. 4. aph. 31. latitudinem habentibus in febris  
circa articulus & maxillas potissime sine abscessus fiunt. Et  
apho. 4. aphor. 33. sed si ante morbum aliqua parte doluerint  
hic morbus firmatur. Et aph. 4. aph. 44. quibus febres lon-  
gæ, ijs tubercula uel dolores in articulis fiunt. Et aph. 4. aph.  
45. quibus tubercula uel in articulis labores fiunt, ij pluribus  
utuntur cibis. Et aph. 6. aph. 22. quicumque dolores ex dorso ad  
cubitum descendunt uenæ sectio soluit. Et aph. 6. aph. 28. eunu-  
chi neque podagra laborant neque calui fiunt. Et apho. 29. eiusdem  
mulier podagra non laborat nisi menstrua defecerint. Et aph.  
30. eiusdem, puer podagra non laborat ante usum uenereorū.  
Et aph. 49. eiusdem quicumque morbi podagræ fiunt, hi se-  
data in quadraginta diebus inflammatione finiunt. Et apho.  
55. eiusdem dolores podagræ uere & autumno magna ex par-  
te moventur. Et aph. 6. aph. 59. quibuscumque a coxæ articulo do-  
lore diuturno molestatis excidit coxa, & rursus incidit, his  
marcores superueniunt. Et aph. 68. eiusdem quibuscumque a

coxendicum dolore diuturno molestatis excidit coxa his crustabescit & claudicant si non urantur. Auic. loc. cit. & humores crudi quum retinentur in corpore, nec euacuatur per egestionem uel urinam nec per artem, non est longinquum quin currere faciant dolores iuncturarum. 2. Et aptius adhuc ut in eis multiplicentur ista sunt senes, & habetes aegritudines cronicas & conualescentes quum nun reguntur cum retificatione. 3. Et aptiora tempora ad dolores iuncturarum sunt uerpropter motum sanguinis & humorum & autumnus propter malitiam humorum & digestionis. 4. Et cum securritur doloribus iuncturarum in primis quando apparent, fit eorū cura facilis. 5. Quod si confirmantur & consuescant proprie illis qui generati sunt & humoribus diuersis non curantur. 6. Et quando apparent narices in habentibus dolores iuncturarum & podagrā est eorum sanatio per eas. 7. Et dicitur qui habet dolorem ancha & apparet in coxa eius rubedo uehemens trium digitorum non faciens ei dolorem, & accidit ei in ea pruritus uehemens, & desiderat olera morietur in 25. die. 8. et omne membrum, in quo est dolor iuncturarum ma- crescit, & extenuatur. Nono, Et dolores iuncturarum praeter sciaticam & podagram quum curantur & eradicantur eorum materiae non redeunt uelociter. Razes. 1. 2. com. deterior iuncturarum dolor erit quando accidit ei cuius pater uel auus illo laborauerit. Auic. sunt aegritudines quae hereditantur. Razes in lib. pronost. dolor iuncturarum in iuuetute breuem fore uitam significat, & qui sunt in superioribus sunt satis deteriores, &c.

Authores erronei dissentientes circa artic. mor.

- 1. Adferere, in principio morbi articularis semper esse repellendum.
- 2. Adferere, articulares morbos ad sanient posse terminari.

3 Adferere, Venæ sectionem ex pede primum, & non ex manu esse committendam.

Confutatio dissentientium circa artic. mor.

Ad primum respondet Auic. cap. de cur. sciat q. repercus-  
sua & fortiter styptica sunt in hoc casu multum suspecta,  
quoniam materiam in loco profundo incutiunt, & nocēt no-  
cumento uehementi & demum fit difficilis eius resolutio.

Ad secundum Razes in diuis. inquit hoc esse eis proprium  
quod per saniam non terminantur.

Ad tertium Auic. loc. cit. & non fiat primum phleboto-  
mia ex pede nisi post phlebotomiam in manu nisi materia  
sit ualde pauca, &c.

Finis libri tertij.

## IOANNIS BACCANELLI,

MEDICI REGIENSIS,

De Consensu Medicorum,  
in curandis febris.

Liber Quartus.

Febris quid sit, & unde dicatur.



FEBRIS quæ a feritate, uel a feruore  
dicitur est calor præter naturalis accen-  
sus in corde & arterijs ad alia membra  
diffusus naturalibus actionibus incommo-  
dans, qui calor duplex est alter natiuus et  
genuinus, alter uero acquisitiuus ac stu-  
rius, qui si per totum corpus diffundatur febrem efficit. si mi-  
nus laetitudinem inducit.

NN 3